iners, ungeschickt, untüchtig, träg: alqs: quibus (artibus) qui carebant, inertes a maioribus nominabantur; F II, 115. sunt ii ... »superstitiosi vates ... aut inertes aut insani«; D I, 132. ego ... non me inertiorem esse confitear quam opificem quemquam, si ..? R I, 35. ut inprobo et stulto et inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir ... miser esse nemo potest; P 19.

genus: recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est; Fa 29.

homo: inertissimos homines ... videmus tamen et corpore et animo moveri semper; F V, 56. haec oratio non modo deos spoliat motu et actione divina, sed etiam homines inertis efficit; N I, 102. ut ab homine inerti atque inutili ad sapientem, bonum, fortem virum transferantur res ad vivendum necessariae; O III, 31.

poëta: a qua (natura) non veri simile est ... extremum actum tamquam ab inerti poëta esse neglectum; C 5.

segnitia: rudem .. esse omnino in nostris poëtis .. inertissimae segnitiae est; F I, 5.

senectus: senectutis .. non inertis grato atque honesto fungerer munere; L I, 10. videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa; C 26. quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis; C 36.

servus: quid horum est liberi? quid denique servi non inertis? P 39.

inertia, Trägheit, Verdrossenheit: impediri: aut .. neglegentia, pigritia, inertia aut suis studiis ... impediuntur; O I, 28.

tardus: redemptor ... non inertia aut inopia tardior fuit; D II, 47.

ineruditus, ungebildet, unwissenschaftlich: alqs: non .. Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui ..; F I, 72.

alqd: modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat; A II, 132.

inexercitatus, ungeübt: alqs: rudem illum et inexercitatum (videmus) quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere; T II, 38.

histriones: ii mihi videntur fabulam aetatis peregisse nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse; C 64.

miles: adduc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur; T II, 37.

inexorabilis, unerbittlich: fortasse etiam inexorabiles iudices, Minos et Rhadamanthus (te terrent)? T I, 10.

inexpiabilis, unsühnbar: fraudes: quibus (libidinibus animi) caecati ... re publica violanda fraudes inexpiabiles concepissent; T I, 72.

poenae: clamant .. inexpiabilis poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal; R III, 19.

religio: nec (caerimonias sepulcrorum) violatas tam inexpiabili religione sanxissent; T I, 27.

inexplebilis, unersättlich: cupiditas: quem ... videmus ... omnia rabide adpetentem cum inexplebili cupiditate; T V, 16. Poeni ... inexplebiles cupiditates omnium rerum inportaverunt in Graeciam; R III, fr 3.

fauces: cum ... inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti; R I, 66.

libido: ut ... indigentia (sit) libido inexplebilis; T IV, 21.

inexplicabilis, unauflösbar: alqd: haec scilicet inexplicabilia esse dicitis; A II, 95. postulant, ut excipiantur haec inexplicabilia; A II, 97.

inexpugnabilis, unüberwindlich: volumus .. eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, saeptum atque munitum; T V, 41.

infacetus, ungeschickt: C. Canius, eques Romanus, nec infacetus et satis litteratus; O III, 58.

infamia, übler Ruf, Schmach, Schande: I. comitatur: etiamsi nulla comitetur infamia; F II, 60.

consequitur: quom ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur; L I, 51.

est, potest: potest .. ulli imperio ... utile esse odium et infamia? O III, 88.

redundat: quorum (vitiorum) .. ad amicos redundet infamia; Lae 76.

II. facio: si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri; R IV, 12.

fero: inpunitas .. peccatorum data videtur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore; T IV, 45.

timeo: quid, si idem ... paupertatem, ignominiam, infamiam timet? T V, 15. videntur ... offensionum et repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam; O I, 71.

III. metus: si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia poenae aut infamiae metu coërcebuntur; F II, 73. infamiaene metu non esse petulantis an legum et iudiciorum? L I, 50. possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae metu, pudicos dicere? L I, 51.

IV, 1. frangi: qui ... gloriam neglegant, frangantur infamia; O I, 71.

2. cum: non poterunt (opes) utiles esse cum infamia; O III, 87.

infamis, verrufen: invidiosum nomen est, infame, suspectum; F II, 12.

infans, unberedt, jung, kleines Kind: A. filius: Croesi filium, cum esset infans, locutum; D I, 121.

homo: neque homini infanti aut impotenti iniuste facta conducunt; F I, 52.

pueri: si infantes pueri, mutae etiam bestiae paene loquuntur; F I, 71.

B, I. conquiescunt, al.: videmus .., ut conquiescere ne infantes quidem possint; cum vero paulum processerunt, lusionibus vel laboriosis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri possint; F V, 55.

II, 1. moveo: nec ut voluptatem expetat, natura movet infantem; F II, 33.

2. provideo in: ita futura eloquentia provisa in infante est; D I, 78.

infectus, nichtig: quae .. augur iniusta nefasta, vitiosa dira defixerit || deixerit ||, inrita infectaque sunto;« L II, 21.

infelicitas, Unglück: neque .. tanta est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem umquam fiat, quod futurum illi esse dixerint; D II, 62.

infelix, unglücklich: alqs: infelix (Polycrates) una molestia, felix rursus, cum ... anulus ... inventus est? F V, 92. proinde || perinde || quasi .. plures fortunati sint quam infelices; T I, 86. »heu me infelicem«! nihil verius; T IV, 73. „a te infelicem", inquit vilico, „quem necassem iam verberibus, nisi iratus essem"; R I, 59. nec .. ego M. Regulum aerumnosum nec infelicem nec miserum umquam putavi; P 16.

infensus, feindselig: nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut ..; T IV, 58.

inferiae, Totenopfer: tertius (Hercules) est ex Idaeis Digitis, cui inferias adferunt || adferunt Coi ||; N III, 42.

infernus, unterirdisch: »hic sese infernis e partibus erigit Hydra«; N II, 114.

infero, hineintragen, hinbringen, beisetzen, erregen, zufügen, anthun: alqm: in suo lectulo mortuus (Dionysius) in † typanidis || [tyrannidis] || rogum inlatus est; N III, 84. tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse; L II, 55.

alqd: quae meditata et praeparata inferuntur; O I, 27. turpe ... in re severa convivio digna aut delicatum aliquem inferre sermonem; O I, 144. hic (Paulus) nihil domum suam intulit praeter memoriam nominis sempiternam; O II, 76.

alienum: »ne quis ea (sepulchra) deleat neve alienum inferat«; L II, 64.

bellum: ſ. **bellum,** II, 1. infero (10 St.) B I, S. 331, b.

causam: cum Persis ... Alexander ... hanc bellandi causam inferebat, quod vellet ..; R III, 15.

crimina: addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur aut credat oblatis; Lae 65.

faces: cum tectis sceleratas faces inferebas; P 28.

iniuriam: iniustitiae genera duo sunt, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam; O I, 23. quae (iniuriae) nocendi causa de industria inferuntur; O I, 24. de inferenda .. iniuria satis dictum est; O I, 27. ut || in || inferenda ne cui noceant iniuria; O I, 28.

lampades: cui „in monte Oetaeo illatae lampades fuerint || fuerunt ||", ut ait Accius; N III, 41.

libidinem: qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit; L II, 36.

lumen: hoc est in tenebras extinctum lumen inferre; fr V, 99.

maestitiam: qui (modi) totis theatris maestitiam inferant; T I, 106.

periculum: duri .. hominis ... videtur periculum capitis inferre multis; O II, 50.

sermonem: ſ. alqd; O I, 144.

stuprum: hac oportunitate anuli usus (Gyges) reginae stuprum intulit; O III, 38. quamcumque in domum stuprum (homines) intulerint; P 23.

inferus, untere, untergeordnet, gering, nachſtehend, pl. Unterwelt: A. **bei Subſtantiven:** alqs: ipsum (Chrysippum) sibi respondentem inferiorem fuisse; A II, 87. cur .., cum ceteris rebus inferiores simus, forma pares sumus? N I, 96. ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur; N II, 8. quod ... voluptatibus erant inferiores nec pecuniis ferme superiores; R II, 59. qui (Timotheus) cum belli laude non inferior fuisset quam pater; O I, 116.

alqd: in quo (inani) nihil nec summum nec infimum ... sit; F I, 17. supina etiam ora cernuntur depulsione luminum; quae convertens inferiora reddit, quae sunt superiora; Ti 49.

aetas: quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquis inferioris aetatis? A II, 73.

ambulatio: ut .. in inferiorem ambulationem descendimus; T IV, 7.

ara: ut ... ab infima ara subito anguis emergeret; D I, 72.

casus: ut ... humanos .. casus virtute inferiores putes; Lae 7.

condicio: est .. infima condicio et fortuna servorum; O I, 41.

cursus: gravissimo .. (sono) hic lunaris atque infimus (cursus movetur); R VI, 18.

di: ut (Scipio) ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur deos potius quam ad inferos pervenisse; Lae 12.

fortitudines: sunt .. domesticae fortitudines non inferiores militaribus; O I, 78.

fortuna: quid, quod homines infima fortuna ... delectantur historia? F V, 52. ſ. condicio.

homo: consules ... homo omnium infimus et sordidissimus, tribunus plebis C. Curiatius, in vincula coniecit; L III, 20.

humana: ex quo efficitur, ut (sapientia) divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat; T IV, 57. despicientem omnia humana et inferiora sapientia ducentem; R I, 28.

locus: motum naturalem omnium ponderum ... e regione inferiorem locum petentium; F I, 19. qui (locus) est idem infimus in rotundo; T V, 69. si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere; N I, 69. qui (locus) est infimus; N II, 84. quarum (naturarum) suum quaeque locum habeat, ... alia infimum, alia summum, alia medium; N III, 34. in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius servitutis locum paene infimum obtinent; P 37.

orbis: huic .. (stellae Iovis) proximum inferiorem orbem tenet *Πυρόεις*; N II, 53. in infimo .. orbe luna radiis solis accensa convertitur; R VI, 17.

ordo: ex summis et infimis et mediis || et || interiectis ordinibus ut sonis moderata ratione civitas ... concinit; R II, 69. quod iis, qui inferioris ordinis essent, liceret; L III, 30. numquam

se ille (Scipio) Philo ... anteposuit, numquam inferioris ordinis amicis; Lae 69.

pars: ea ratio ... sic illi parti imperabit inferiori, ut iustus parens probis filiis; T II, 51. genae .. ab inferiore parte tutantur subiectae; N II, 143.

stella: infima est quinque errantium terraeque proxima stella Veneris; N II, 53.

tellus: tellus ... infima est; R VI, 17.

terra: terram .. esse infimam; N II, 17. ex aqua terra infima (oritur); N II, 84.

vicinus: duo se habere vicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum; L III, 30.

B. **allein: a. masc.:** I. debent, dolent: ut .. ii, qui sunt in amicitiae ... necessitudine superiores, exaequare se cum inferioribus debent, sic inferiores non dolere se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate superari; Lae 71. ſ. extollunt.

extollunt: ut ii, qui superiores sunt, summittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores || se || extollere; Lae 72.

sunt: cum .. par habetur honos summis et infimis, qui sint in omni populo necesse est, ipsa aequitas iniquissima est; R I, 53.

II, 1. fingo: cuius ignoratio finxit inferos easque formidines; T I, 36.

2. habeo: ſ. I. sunt.

3. ceno apud: [hodie apud inferos fortasse cenabimus]; T I, 101.

exaequo cum: ſ. I. debent; Lae 71.

facio apud: ut .. ea fieri apud inferos fingerent, quae ..; T I, 37.

fluo apud: illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon; N III, 43.

narro de: qui (Er) rogo impositus revixisset multaque de inferis secreta narrasset; R VI, 3.

sum apud: si .. apud inferos miseri non sunt, ne sunt quidem apud inferos ulli; T I, 11.

III, 1. par: maximum est in amicitia parem esse inferiori; Lae 69.

2. par cum: aequitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat; O II, 41.

IV, 1. caligo: »ubi rigida constat crassa caligo inferum«; T I, 37.

2. Cerberus apud: num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus? T I, 10.

iustitia adversus: meminerimus .. etiam adversus infimos iustitiam esse servandam; O I, 41.

portenta apud: quae quondam credebantur apud inferos portenta; N II, 5.

via ad: undique .. ad inferos tantundem viae est; T I, 104.

V. apud: ſ. **apud,** IV. inferos (3 St.) B. I, S. 227, b.

b. neutr.: I. sum: id .. medium infimum in sphaera est; N II, 116. vgl. A. alqd; F I, 17.

II, 1. concedo: ipsa .. ratio conexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere; A II, 96.

facio, al.: omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit; L III, 19.

teneo: ut terra infimum teneat; N I, 103.

video: ut omnia supera infera, prima ultima media videremus; T I, 64.

2. recedo in: »interea sol albus recessit in infera noctis«; D I, 108.

infestus, unſicher: cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone, „eodem", inquit, „quo tu orbem terrae"; R III, 24.

inficio, tränken, bekannt machen, anſtecken, beſlecken: alqm: tum plane inficimur opinionum pravitate a naturaque desciscimus; T III, 3.

animum: nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus; T V, 78. qui teneros et rudes (animos) quom acceperunt, inficiunt et flectunt, ut volunt; L I, 47.

civitatem: ut .. cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia; L III, 30.

puerum: (puer) iam infici debet iis artibus; F III, 9.

Lücke: aquae tinctum quodam modo et infectum *; A fr 7.

infidelis, treulos: A. alqs: »multi iniqui atque infideles regno, pauci benivoli,« inquit Accius; O III, 84.

B. do: »fregistin fidem? neque dedi neque do infideli cuiquam«; O III, 102. »neque dedi ..;« O III, 106. si hoc sibi sument, nullam esse fidem, quae infideli data sit; O III, 106.

infidelitas, Treuloſigkeit: quantopere .. (Dionysius) amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit ..; T V, 63.

infidus, treulos: alqd: nihil est .. stabile, quod infidum est; Lae 65.

amici: tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum ..; Lae 53.

infigo, heften, hineinſtoßen, befeſtigen, einprägen, pass. haften: alqm: »Saturnius me sic infixit Iuppiter«; T II, 23.

alqd: est .. infixum in ipsa natura; F V, 27.

astra: astra suspeximus cum ea, quae sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia; T I, 62.

cladem: »haec vetusta saeclis glomerata horridis luctifica clades nostro infixa est corpori«; T II, 25.

cursus: in quo (globo) sunt infixi illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni; R VI, 17.

deum: quo modo .. deus iste ... aut infixus aut infusus esset in mundo? N I, 28.

gladium: cum ... gladium .. hosti in pectus infixerit; T IV, 50.

intellegentiam: cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intellegentiam capere, quae sit ..; N I, 49.

semina: quae .. (semina) ipsa (terra) ex se generata stirpibus infixa contineat; N II, 26.

sidera: cum (sapientis animus) ... sidera .. viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus; T V, 69. quae (sidera) infixa caelo sunt; N I, 34. ex quo genere ea sunt sidera, quae infixa caelo non moventur loco; Ti 36.

signum: timide fortasse signifer (signum) evellebat, quod fidenter infixerat; D II, 67.

infinitas, Unendlichkeit, unendliche Weite: I. est: is .. (Anaximander) infinitatem naturae dixit esse, e qua omnia gignerentur; A II, 118.

II, 1. cognosco: quibus (litteris) infinitatem rerum atque naturae ... cognoscimus; T V, 105.

dico: (Epicurus) dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum innumerabilitatemque mundorum; N I, 73.

2. gigno ex: ſ. I. est.

peregrinor in: ille (Democritus) *in* infinitatem omnem peregrinabatur; T V, 114.

reprehendo de: Xenophanes ... de ipsa mente item reprehenditur, ut ceteri, de infinitate autem vehementius; N I, 28.

sum in: in qua (infinitate) nihil neque sentiens neque coniunctum potest esse; N I, 28.

III. vis: summa .. vis infinitatis et magna ac diligenti contemplatione dignissima est; N I, 50.

infinite, endlos, bis ins Unendliche: concupisco: illi ... signa, tabulas, suppellectilem et vestem infinite concupiscenti; P 49.

divido: quae (partes) infinite secari ac dividi possint; A I, 27. quae intervalla item infinite dividi possint; A I, 27.

regredior: similiter .. superiora repetentem regredi infinite licet; Fa 35.

seco: ſ. divido; A I, 27.

infinitio, Unendlichkeit: infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo (Democrito) est; F I, 21.

infinitus, unbeſtimmt, grenzenlos, unbeſchränkt, allgemein gültig, unendlich: A. **bei Subſtantiven:** alqd (vgl. B): Melissus hoc, quod esset infinitum et immutabile, et fuisse semper (dixit) et fore; A II, 118. quamquam id .. infinitum est in hac urbe; F V, 5. qui (Xenophanes) mente adiuncta omne praeterea, quod esset infinitum, deum voluit esse; N I, 28. etiam ea, quae conservent, infinita esse debere; N I, 50. videsne Epicurum, ... quem ad modum, quod in natura rerum „omne“ esse ‖ [esse] ‖ dicimus, id infinitum esse concluserit? D II, 103. nihil .. (quod omne est) cum habeat extremum, infinitum sit necesse est; D II, 103. esset infinitum; L II, 18. ne esset infinitum; L II, 30.

abundantia: ne cum infinita quidem voluptatum abundantia; F III, 65.

aër: eius (Anaximandri) auditor Anaximenes infinitum aëra (dixit esse); A II, 118.

altitudo: cum ad infinitam altitudinem terra desedisset ‖ desid., disid. ‖; D I, 97.

cognitio: iuris consulti ... saepe, quod positum est in una cognitione, id in infinitam ‖ infinita ‖ dispertiuntur; L II, 47.

conexa, coniunctiones: si Chaldaei ita loquantur, ut negationes infinitarum coniunctionum potius quam infinita conexa ponant; Fa 15.

corpora: ut ... neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium accessio; N I, 105.

cupiditas: modo (luxuria) sit vacua infinita cupiditate et timore; F II, 30. quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniae cupiditas esset; O I, 25.

deus: eum .. (deum) esse .. inmensum et infinitum; N I, 26.

inane: ille (Democritus) atomos ... censet in infinito inani ... ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant; F I, 17.

intervallum: reliqua .. tria intervalla infinita et inmensa, a sole ad Martis (stellam), inde ..; D II, 91. quae potest .. contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam vel potius ad terram? D II, 92.

laus: cum animum infinita quadam laude anteponerent corpori; F IV, 16.

licentia: ex hac infinita .. licentia haec summa cogitur, ut ..; R I, 67.

malum: si aliquod aeternum et infinitum impendere malum nobis opinemur; F I, 55. quia ... infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus in vita ‖ [in vita] ‖; T I, 15.

materia: Anaxagoras materiam infinitam (dixit esse); A II, 118.

memoria: in quibus (animi partibus) inest memoria rerum innumerabilium, in te quidem infinita; F II, 113. habet (animus hominis) .. memoriam, et eam infinitam rerum innumerabilium; T I, 57.

mens: Anaxagoras ... primus omnium rerum discriptionem ... mentis infinitae vi ac ratione dissignari ... voluit; N I, 26.

multitudo: in quibus (bibliothecis Graecis) multitudo infinita librorum propter eorum est multitudinem, qui scripserunt; T II, 6. quoniam ... eorum .., qui his (copiis) egeant, infinita est multitudo; O I, 52. nesciunt (homines) hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita ... praeditos; Ti 33.

odium: propter infinitum odium tyranni; T IV, 50.

pondus: Xerxes ... non infinito pondere auri contentus; T V, 20.

quaestiones: non persequor quaestiones infinitas; A II, 117.

ratio: nec illa infinita ratio superstitionis probabitur; N III, 52.

regiones: qui innumerabilis mundos infinitasque regiones ... mente peragravisset; F II, 102.

res: qui rebus infinitis modum constituant; F I, 2.

senator: ut (senator) loco dicat, id est rogatus; ut modo, ne sit infinitus; L III, 40.

series: cum infinita simillumarum imaginum series ‖ species ‖ ex innumerabilibus individuis existat; N I, 49.

societas: ut .. ab illa infinita (societate) discedatur; O I, 53. quod ex infinita societate generis humani ... ita contracta res est et adducta in angustum, ut ..; Lae 20.

soni: qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit; T I, 62. qui (soni) videbantur infiniti; R III, 3.

species: ſ. series.

sumptus: in his inmanibus iacturis infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari; O II, 56.

tempus: neque maiorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse, quam ..; F I, 63. negat infinito tempore aetatis voluptatem fieri maiorem quam finito atque modico; F II, 88. an .. ab iis (deis) ... omnia ... ad infinitum tempus regantur atque moveantur; N I, 2. fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas; N I, 21. antea (deus) videlicet tempore infinito in tenebris tamquam in gurgustio habitaverat; N I, 22. minui .. tempus et, quod erat infinitum, annuum feci; L III, 18.

timor: ſ. cupiditas; F II, 30.

vetustas: in quibus (ordinibus) nihil umquam inmensa et infinita vetustas mentita sit; N II, 15.

vis: in hac .. inmensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum; N I, 54. adde etiam infinitam .. vim marmoris; N II, 98.

B. **allein:** 1. cogo impero: graves .. dominae cogitationum lubidines infinita quaedam cogunt atque imperant; R VI, 1.

complector, noto: quo modo .. haec infinita et semper nova aut memoria conplecti aut observando notare possumus? D II, 146.

2. sum in: (Anaxagoras) non vidit neque motum sensui iunctum et continentem in infinito ullum esse posse neque ..; N I, 26.

infirmitas, Schwäche: I. est: etsi ... ea .. est ... in iudiciis nostris infirmitas, ut ..; A II, 7.

habet: ut et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum ... naturale quiddam habeat, quod ..; C 33.

II. convinco: haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt; Lae 64.

III. medius inter: inter infirmitatem unius temeritatemque multorum medium optimates possederunt locum; R I, 52.

IV. propter: ut superioris filius Africani ... propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui; O I, 121.

infirmo, entkräften, erſchüttern: alqd: hoc cum infirmat tollitque Philo; A II, 18. quae vos Academici infirmatis et tollitis; N II, 147.

genera: his de generibus quid sentias et quibus ea rationibus infirmes, audire sane velim; D II, 100.

sortes: tu .. non hostiarum causam || casum || confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortis conlatione hostiarum; D II, 38.

infirmus, ſchwach, angegriffen, unſelbſtändig: A. alqs: sum admodum infirmus; A I, 14.

aetas: in infirma aetate ... vis naturae ... cernitur; F V, 43.

corpus: cum (natura) corpora nobis infirma dedisset; T V, 3. qui ex animo constet et corpore caduco et infirmo; N I, 98. quod (senectus) corpus faciat infirmius; C 15. quae (res) vel infirmis corporibus animo tamen administrentur; C 15.

senes: quid mirum .. in senibus, si infirmi sint || sunt || aliquando? C 35.

tempus: infirmissimo tempore aetatis ... iudicant; A II, 8.

valetudo: qui (pater) quom esset infirma valetudine; L II, 3.

B. utilitas: cum summa utilitate infirmorum; R III, 37.

infitior, leugnen, nicht anerkennen: alqd: quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret; O III, 65.

foedus: qualis Q. Pompeius in foedere Numantino infitiando fuit; F II, 54.

inflammo, entzünden, entflammen, erregen, reizen: alqm: quarum (voluptatum) potiendi spe inflammati multos labores magnosque susceperant; F I, 60. quem cupiditatum incendiis inflammatum ... tanta laetitia perfundi arbitramur? F V, 70. cum .. corporis facibus inflammari soleamus ad omnis fere cupiditates eoque magis incendi, quod ..; T I, 44. de Africano ... vel iurare possum non illum iracundia tum inflammatum fuisse; T IV, 50. quem libidinibus inflammatum et furentem videmus; T V, 16. ii ... ardore aliquo inflammati atque incitati; D I, 114. ad quas (res) plerique inflammati aviditate rapiuntur; O II, 38. quorum (bonorum) cupiditate quidam inflammantur; Lae 86.

alqd: »haec omnia vidi inflammari;« T I, 85. III, 45.

animam: qui (animus) ... ex inflammata anima constat; T I, 42.

animum: qui eas (voluptates) inflammato animo concupiscunt; T IV, 68. multis .. rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhaerent; D I, 114.

cupiditates: quas (cupiditates) nulla praeda umquam improbe parta minuit *et* | sed | potius inflammat; F I, 51. quas inflammant cupiditates! R IV, 9.

deos: qui (poëtae) et ira inflammatos et libidine furentis induxerunt deos; N I, 42.

fana: eam .. unam ob causam Xerses inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod ..; R III, 14.

furorem: quas (strages) ... furor edere potuit inpurae beluae multorum inflammatus furoribus; L III, 22.

impotentiam: iidem (animorum motus) inflammant adpetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, inpotentiam quandam animi; T IV, 34.

invidiam: si nos multitudinis furentis inflammata invidia pepulisset; L III, 26.

libidinem: cum libido ad id, quod videtur bonum, inlecta et inflammata rapiatur; T IV, 12.

morem: omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi; O I, 64.

statum: huic (temperantiae) inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat; T IV, 22.

templa: quibus (magis) auctoribus Xerses inflammasse templa Graeciae dicitur; L II, 26.

inflatio, Blähung: quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam; D I, 62.

inflatus, Blaſen, Einhauchen, Eingebung: praenuntiare: quae (vis et natura) ... aliquo instinctu inflatuque divino futura praenuntiat; D I, 12.

renovari: »cum .. adesum inflatu renovatumst iecur«; T II, 24.

zum Satz: qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt aut Andromacham; A II, 20.

inflecto, beugen, krümmen, wenden, lenken, verändern: bacillum: ut bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum, sic ..; F II, 33. lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum || [id ... bacillum] ||; D I, 30.

cursum: inflectens .. sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem aestates et hiemes efficit; N II, 49.

feram: qui ... levi admonitu † non actu || ac nutu || inflectit illam feram; R II, 67.

nomen: sic .. suum nomen ex Graeco nomine inflexerat; R II, 35.

remum: dum de remo inflexo aut de collo columbae respondeam; A II, 19.

regem: simul atque .. se inflexit hic rex in dominatum iniustiorem; R II, 48.

vestigium: quorum (siderum) alterum (genus) ... nullum umquam cursus sui vestigium inflectat; N II, 49.

inflexio, Windung: omnis .. orbis eorum (siderum) quasi helicae inflexione vertebat; Ti 31.

infligo, ſchlagen, zufügen: »hos non hostilis dextra, non Terra edita moles Gigantum, non biformato impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo, non Graia vis, non barbara ulla immanitas, non saeva terris gens relegata ultimis, ... sed ..;« T II, 20.

inflo, blaſen, die Backen voll nehmen, aufblaſen, aufblähen, übermütig machen: I. alqs: Fannii .. aetati || aetate || coniunctus Antipater paulo inflavit vehementius; L I, 6.

tibicen: simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur; A II, 86.

II. alqm: estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? A II, 116.

animum: inflatus et tumens animus in vitio est; T III, 19.

homines: cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur; O I, 91.

mare: »ventos praemonstrat saepe futuros inflatum mare«; D I, 13.

mentem: credo etiam anhelitus quosdam fuisse

terrarum, quibus inflatae mentes oracla funderent; D I, 115. faba .. Pythagorei utique abstinere, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur; D II, 119.

ventrem: ſ. mentem; D II, 119.

vesiculas: inflatas rumpi vesiculas; D II, 33.

influo, hineinfließen, eindringen, ſich einſchleichen: alqs: ut in universorum animos tamquam influere possimus; O II, 31. quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in auris || aures || contionis! Lae 96.

alqd: nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam varios canendi sonos; L II, 38.

amnis: quod urbem perennis amnis ... et in mare late influentis posuit in ripa; R II, 10. influxit .. non tenuis quidam e Graecia rivulus in hanc urbem sed abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium; R II, 34.

corpus: in eo (corpore) influente atque effluente animi divini ambitus inligabant; Ti 47.

fluvius: qui (Hypanis fluvius) ab Europae parte in Pontum influit; T I, 94.

mare: ut ... in amnes mare influxerit; D I, 78.

rivulus: ſ. amnis: R II, 34.

sanguis: in quem (ventriculum cordis) sanguis a iecore per venam illam cavam influit; N II, 138.

soni: ſ. alqd.

informatio, Vorſtellung, Begriff: I. antecapio, appello: quam (anticipationem) appellat προλήψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intellegi quicquam nec quaeri nec disputari potest; N I, 43.

do: quae .. nobis natura informationem ipsorum deorum dedit; N I, 45.

habeo, insero: habebam, inquis, in animo insitam informationem quandam dei. et barbati quidem Iovis, galeatae Minervae; N I, 100.

II. sine: ſ. I. antecapio.

informo, geſtalten, bilden, vorſtellen, unterrichten: I. indirecte Frage: quibus quasi informatum est, quid hominis natura postulet; F V, 36 (37).

II. alqd: quod ita sit informatum anticipatumque || informatum || mentibus nostris, ut ..; N I, 76. ut, quae numquam vidimus, ea tamen informata habeamus, oppidorum situs, hominum figuras; D II, 138. qui haec disciplinis informata alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus; R I, 2.

animum: ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti; O I, 13.

deos: turbam ... deorum .. ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem informare possimus; N I, 39.

figuras, situs: ſ. alqd; D II, 138.

notiones: Cleanthes ... quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones; N II, 13.

virtutem: quod .. dicitis, informari non posse virtutem; F IV, 45.

visa: sive illa (inania visa) cogitatione informantur ... sive in quiete; A II, 51.

infra, unterhalb, unter, unten: A. Präpoſition: I. duco: vir ... magno animo, vere fortis, infra se omnia humana ducens; F III, 29.

fero: infra hanc (stellam) propius a terra Iovis stella fertur, quae Φαέθων dicitur; N II, 52.

pono: qui invictus sit, eum (necesse est) res humanas despicere atque infra se positas arbitrari; T III, 15.

sum: ut (sapientia) omnia, quae homini accidant, infra se esse iudicet; F III, 25. infra hanc .. (stellam) stella Mercurii est; N II, 53.

versor: ea circum terras infra lunam ... in terrisque versantur; N II, 56.

II. stellae: cum ... infra .. Martem duae (stellae) Soli oboediant; N II, 119.

B. Adverb: I. sum: tune ... putes ... innumerabilis supra infra, dextra sinistra, ante post, alios dissimiles, alios eiusdem modi mundos esse? A II, 125. infra .. iam nihil est nisi mortale et caducum praeter animos; R VI, 17. — ipsius (stomachi) .. partes eae, quae sunt infra quam id, quod devoratur, dilatantur; N II, 135.

II zum Satz: deinde paulo infra: „saepe quaesivi", inquit (Epicurus) ..; T III, 42.

infractio, Niedergeſchlagenheit: cadere in eundem timorem et infractionem quidem animi et demissionem; T III, 14.

infringo, brechen: tu .. te negas infracto remo neque columbae collo commoveri; A II, 79.

infundo, eingießen, eindringen laſſen: alqd: quo tamquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur; T I, 61.

deum: quo modo .. deus iste ... aut infixus aut infusus esset in mundo? N I, 28.

portus: portus usque in sinus oppidi et ad urbis crepidines infusi; R III, 43.

vitia: quod (vitiosi principes) non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem; L III, 32.

infusco, ſchwärzen, entſtellen: »situm inter oris barba paedore horrida || atque || intonsa infuscat pectus inluvie scabrum;« T III, 26.

ingemesco, ſeufzen, ächzen: alqs: »quem vidit nemo ulli ingemescentem malo«; T II, 21. num tum ingemuisse Epaminondam putas, cum ..? T II, 59. hic cum exclamasset Laelius ingemuisse ntque vehementius ceteri; R VI, 12.

gladiator: quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutavit umquam? T II, 41.

puer: quorum (puerorum) non modo nemo exclamavit umquam, sed ne ingemuit quidem; T II, 34. pueri Spartiatae non ingemescunt verberum dolore laniati; T V, 77.

pugiles: pugiles caestibus contusi ne ingemescunt quidem; T II, 40. pugiles .., etiam cum feriunt adversarium, in iactandis caestibus ingemescunt, non quod || quo || doleant animove succumbant, sed quia ... corpus intenditur; T II, 56.

vir: ingemescere non numquam viro concessum est, idque raro, eiulatus ne mulieri quidem; T II, 55. nec vero umquam ne ingemescit quidem vir fortis ac sapiens; T II, 56.

ingenero, einpflanzen, anerſchaffen: alqd: quodsi haec astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset; D II, 96.

amorem: natura ... ingenerat .. in primis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt || [ingenerat ... procreati sunt] ||; O I, 12.

animum: animum esse ingeneratum a deo; L I, 24.

appetitum: iure ... illum appetitum rerum ad naturam accommodatarum ingeneratum putaverunt omnibus; F V, 33.

cupiditatem: in tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae; A fr 14.

virtutes: quae (virtutes) ingenerantur suapte natura appellanturque non voluntariae; F V, 36.

ingeniose, geiſtvoll: tractantur ista ingeniose; A II, 87.

ingeniosus, geiſtvoll, ſcharfſinnig: A. alqs: eas .. virtutes qui habent, ingeniosi vocantur; F V, 36.

genus: alterum (iocandi genus) elegans, urbanum, ingeniosum, facetum; O I, 104.

B, I. incidunt: quod ingeniosi ... in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius, hebetes non item; T IV, 32.

nascuntur: ut et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis; Fa 9.

sunt: Aristoteles .. ait omnis ingeniosos melancholicos esse; T I, 80.

II, 1. recreo: ſ. I. incidunt.

2. sum: ista studia ... ingeniosorum sunt; F V, 6.

III. animus: nec .. in omnem morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit; T IV, 32.

ingenium, Fähigkeit, Geiſt, Scharfſinn, Erfindungsgeiſt, Talent, Genie: I. **Subject:** caret: magnum ingenium L. Luculli ... caruit .. rebus urbanis; A II, 1.

complectuntur: neque cuncta ingenia conlata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur; R II, 2.

deest: nec .. illis aut voluntas defuit ... aut ingenium; R III, 13.

est: e quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit ..., ingenii non minus in Hagnone; A II, 16. hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam; N II, 17. plus in illo Siculo ingenii, quam videretur natura humana ferre potuisse, iudicavi || iudicabam, al. || fuisse; R I, 22. si ingenia omnium paria esse non possunt; R I, 49. neque .. fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum; Lae 65. vgl. II, 1. video.

exardescit: contra eos (Stoicos) potissimum Academicorum exarsit ingenium; A fr 20 (Z. 8). contra quorum (Stoicorum) disciplinam ingenium eius (Carneadis) exarserat; T V, 83.

excellit: non perfecti .. homines et tamen ingeniis excellentibus praediti excitantur saepe gloria; F V, 69. qui excellenti ingenio doctrinae sese dediderunt; O I, 71.

exsistit: neque ullum ingenium tantum extitisse dicebat, ut ..; R II, 2.

incidit: ut moleste ferrem tantum ingenium ... in tam leves ... sententias incidisse; N I, 59.

manent: manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria, neque ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta; C 22.

potest: ſ. complectuntur. est; R I, 49. Lae 65.

praestat: ſ. II, 4. opus est. IV, 2. homines.

provident: ſ. complectuntur.

quaerunt: tot ingeniis tantisque studiis (verum) quaerentibus; A II, 76.

II. **nach Verben:** 1. acuo: ut (istae artes) paulum acuant et tamquam inritent ingenia puerorum; R I, 30.

admiror: cuius (Pythagorae) ingenium et eloquentiam cum admirstus esset Leon; T V, 8.

agnosco: quem (consulatum) ita gessit, ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnoscerent; A II, 1.

confero: ſ. I. complectuntur.

confirmo, corroboro: omnino amicitiae corroboratis iam confirmatisque et ingeniis et aetatibus iudicandae sunt; Lae 74.

consumo: quantum Aristoxeni ingenium consumptum videmus in musicis? F V, 50.

declaro: ipsorum interpretum coniecturae nonne magis ingenia declarant eorum quam vim consensumque naturae? D II, 144.

dico: quod alterius ingenium sic || dulce, acidum || ut acetum Aegyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium, dicimus; fr V, 89.

fero: ſ. I. est; R I, 22.

fingo: ex eo .. ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque eventusque fingi; D II, 89.

gigno: sunt partes agrorum ... aliae, quae acuta ingenia gignant, aliae, quae retunsa || retusa ||; D I, 79.

inrito: ſ. acuo.

iudico: an ingenia natura, virtutes et vitia, quae existunt ab ingeniis, aliter iudicabuntur? L I, 46.

miror: cum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutesque .. soleo mirari, tum maxime in iis studiis, quae ..; T IV, 1.

nosco: *suum* quisque .. noscat ingenium; O I, 114.

probo: * probavit, nos || *an arboris aut equi ingenium natura* probabimus, || ingenia iuvenum non item? L I, 45.

puto: ingenium .. in se suum sicut simulacrum aliquod dicatum putabit; L I. 59.

quaero: ad hoc, de quo agitur, non quaerimus gentem, ingenia quaerimus; R I, 58.

retundo: ſ. gigno.

transfero: si ad eorum (civium) cognitionem divina illa ingenia transferrem; F I, 7.

video: licet videre acutiora ingenia et ad intellegendum aptiora eorum, qui ..., quam illorum, qui ..; N II, 42.

2. sum: magni .. est ingenii sevocare mentem a sensibus et cogitationem ab consuetudine abducere; T I, 38. quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, praecipere cogitatione futura; O I, 81. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt; O I, 114. est .. munus eius (oratoris) non ingenii solum, sed laterum etiam et virium; C 28.

3. addo: »id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus;« T II, 50.

innascor: sunt .. ingeniis nostris semina innata virtutum; T III, 2.

propono: iudiciis .. magistratuum, disceptationibus legitimis propositam vitam, non poëtarum ingeniis, habere debemus; R IV, 12.

4. opus est: ad haec mediocri opus est prudentia an .. ingenio praestanti? D II, 130.

sum: quamquam fuit acri ingenio; A I, 34. sit ingenio divino; A II, 117. si fuerit is ... hebeti ingenio atque nullo; T V, 45. ingenio eximio (is vir) sit necesse est; T V, 68. Chrysippus .., quamquam est acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ..; N II, 16. bene meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino; R II, 4. ſ. V, 2. moveri.

5. appareo in: id .. (augurium futurorum) in maximis ingeniis altissimisque animis et exsistit maxime et apparet facillime; T I, 33. quae (similitudo) etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat; T I, 79.

eluceo in: ea .. in maximis ingeniis maxime elucere; F IV, 4.

exsisto ab: ſ. 1. iudico. — in: ſ. **in**, B, I. exsisto in ingeniis (3 St.) G. 259, b.

quaero de: de ingenio eius (Epicuri) in his disputationibus, non de moribus quaeritur; F II, 80. non .. hoc loco de ingeniis aut de orationibus nostris, sed de specie figuraque quaeritur; N I, 78.

sum in: neque (virtus est) alio ullo in genere || ingenio || praeterea; L I, 25.

III. **nach Adjectiven:** 1. proprius: naturae celeritatem ad discendum et memoriam dabant, quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii; A I, 20.

2. aptus: figuram .. corporis habilem et aptam ingenio humano (natura) dedit; L I, 26.

3. praeditus: tali ingenio praeditus Lucullus adiunxerat etiam illam, quam Themistocles spreverat, disciplinam; A II, 2. quodetsi ingeniis magnis praediti quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur; F IV, 10. quas (caerimonias sepulcrorum) maxumis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec ..; T I, 27. ſ. I. excellit; F V, 69.

IV. **nach Substantiven:** 1. alqd: ſ. I. est; A II, 16. R I, 22.

abundantia: abundantia quadam ingenii praestabat ... Aristoteles; A I, 18.

acies: ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare in caelum, terram intrare possit; A II, 122. optima .. parte hominis, ... ingenii et mentis acie fruuntur; F V, 57. quom animus ... exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona seligenda || eligenda || et reicienda contraria; L I, 60.

acumen: cuius ... ratio quamquam floruit .. acumine ingenii; A II, 16.

bonitas: quae (officia) et ingenii bonitate multi assequuntur || assecuntur || et progressione discendi; O III, 14.

calumnia: qui (Carneades) saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet; R III, 9.

exercitationes: haec || hae || sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis; C 38.

fructus: fructus .. ingenii et virtutis omnisque praestantiae tum maxumus capitur, cum in proxumum quemque confertur; Lae 70.

gloria: maxima fuit (Anaxagoras) et gravitatis et ingenii gloria; A II, 72. (Timotheus) ad eam (belli) laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit; O I, 116.

laus: quae (celeritas) eadem ingenii etiam laus habetur; T IV, 31.

lumen: hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii consiliique tui; R VI, 12. in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat; O I, 103.

magnitudo: incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam; A II, 2. quem cum eo (Democrito) conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? A II, 73. a sede .. ipsa tanta ingenii magnitudine orbata desiderari illam vocem puto; F V, 4. (Socratis) ingenii magnitudo Platonis memoria et litteris consecrata; T V, 11. qui aut excellenti ingenii magnitudine aut praeclara eruditione atque doctrina ... ornati; O I, 119.

monumenta: nulla .. eius (Africani) ingenii monumenta mandata litteris; O III, 4.

motus: non membra, non sensus, non ingenii motum (in primis naturalibus esse); F II, 34. si nihil in eo, quod || in eo, in quo || perficiendum est, praeter motum ingenii quendam, id est rationem; F IV, 35.

munus: vgl. II, 2. C 28.

nomen: quae fere omnia appellantur uno ingenii nomine; F V, 36.

opes: opes vel fortunae vel ingenii liberalitati magis conveniunt; F I, 52.

pabulum: est .. animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae; A II, 127.

partes: ut (patria) plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii partis ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur; R I, 8.

praestantia: cum .. (Zeno) summum bonum posuisset in ingenii praestantia, quam virtutem vocamus; F IV, 54. si minus imitatione tantam ingenii praestantiam consequi possumus; O III, 1. si quam praestantiam virtutis, ingenii, fortunae consecuti sint || sunt ||; Lae 70.

ratio: nec .. figura corporis nec ratio excellens ingenii humani significat ..; F II, 41. ut ea, quae vix summa ingenii *ratione comprehendantur* || *comprehendat* ||, *nulla* ratione moveri putet; L II, 16.

scintilla: non latuit scintilla ingenii, quae iam tum elucebat in puero; R II, 37.

signa: multa iam mihi dare signa puerum et pudoris et ingenii; F III, 9.

sollertia: in Syria Chaldaei cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum antecellunt; D I, 91.

vir: quo verius in causa nostra vir magni ingenii summaque prudentia, L. Cotta, dicebat ..; L III, 45.

vis: diutius, quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata afuit ab oculis et fori et curiae; A II, 3. o magnam vim ingenii! F IV, 21. nec figuram situmque membrorum nec ingenii mentisque vim talem effici potuisse fortuna; N II, 153. tanta fuit in eo vis ingenii atque virtutis, ut ..; R II, 20. utrum .. has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? C 33.

2. alqs: tune ... putes ... innumerabiles paribus in locis esse eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, formis, aetatibus? A II, 125. te isto nomine, ingenio, gloria, ... quid ... iudices, non audere in conventu dicere; F II, 74. magno hic (Themistocles) ingenio; F II, 105. si qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt; T I, 3. optimo quisque ingenio ... totum se in cognitione et scientia collocaret; O I, 158. optimo quisque et splendidissimo ingenio longe illam vitam huic anteponit; O III, 25. ſ. I. excellit; O I, 71.

homines: istorum .. verborum amore ... praestantissimis ingeniis homines se ad philosophiae studium contulerunt; F II, 51. non eos tibi non probatos, tantis ingeniis homines tantaque auctoritate; F IV, 62. qui (homines) praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt; R VI, 18.

philosophi: quae summis ingeniis exquisitaque doctrina philosophi Graeco sermone tractavissent; F I, 1.

vir: ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, ... dicere *docere* coepit adulescentes ..., sic ..; T I, 7. accessit acerrumo vir ingenio, Chrysippus; D I, 6. singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino ipsene errat? D I, 53. L. .. Philippus Q. f., magno vir ingenio in primisque clarus, gloriari solebat ..; O II, 59.

V. **Umstand:** 1. constitui: quod ... nostra .. res publica non unius esset (constituta) ingenio, sed multorum; R II, 2. adsentiamur eorum sapientiae, quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus; fr IX, 11.

deduci: coniectura omnis ... ingeniis hominum in multas aut diversas aut etiam contrarias partis saepe diducitur; D II, 55.

eludere: quae est || ista || ars coniectoris eludentis ingenio? D II, 145.

excellere: cum .. e philosophis ingenio scientiaque putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere; A II, 4. quorum aut ingenio aut virtute animus excellit; T I, 35.

excogitari: legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam; L II, 8.

excoli: ſ. constitui; fr IX, 11.

explicari: nihilne tot saeculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? A II, 15.
moveri: qui modo ingenio possit moveri ‖ sit mediocri ‖; L II, 46.
perfici: qui (veteres philosophi) existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam; T III, 69.
persequi: eae res, quas ingenio ac ratione persequimur, gratiores sunt quam illae, quas viribus; O II, 46.
praestare, praestans: Aristoteles, longe omnibus ... praestans et ingenio et diligentia, ... censet ..; T I, 22. non ..., Scipio, dubito, quin tibi ingenio praestiterit nemo, usu quidem ... omnis viceris; R I, 37. vir ingenio et virtute praestans, L. Brutus, depulit ... iugum; R II, 46. quo (ingenio) omnibus praestiterunt; R III, 13. Cyrum minorem, Persarum regem, praestantem ingenio atque imperii gloria, ... agrum ... ostendisse; C 59. quem (pontificem Scaevolam) unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere; Lae 1.
reperiri: ea quae nuper, id est paucis ante saeclis, medicorum ingeniis reperta sunt; N II, 126.
seri: sata est .. (quercus) ingenio; L I, 1.
singularis: qui ingenio atque animo singulares, num astro quoque uno? D II, 97.
superari: inferiores non dolere (debent) se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate superari; Lae 71.
2. in: id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit; O I, 74.
sine: ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari; T I, 63.

ingens, außerordentlich, ungeheuer: clades: »omnes (voces) civilem ... vitare ingentem cladem pestemque monebant«; D I, 20.
gratiae: »magnas .. agere gratias Thais mihi?« satis erat respondere: „magnas“; „ingentes,“ inquit; Lae 98.
imagines: ingentis quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus, (deos esse dicit); N I, 120.
pestis: ſ. clades.
sonitus, spiritus: »tanta moles labitur fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu«; N II, 89.

ingenue, aufrichtig, offen: quis .. honesta in familia institutus et educatus ingenue non ipsa turpitudine ... offenditur? F III, 38.

ingenuitas, Aufrichtigkeit, Offenheit: ut prohibitatem quandam prae se et ingenuitatem ferat ‖ ferret ‖; A I, 33.

ingenuus, frei geboren, aufrichtig, offen: A. alqd: nec .. quicquam ingenuum habere potest officina; O I, 150.
artes: ut omittam has artis elegantes et ingenuas; F III, 4. qui ingenuis studiis atque artibus delectantur; F V, 48. relinquitur sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum artium; F V, 74. quam .. erat miserum .. homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito! T V, 63.
delectatio: tum maxume (existit) ingenua delectatio et digna sapientia; T V, 72.
disciplinae: ab iis (Graecis) philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus: F II, 6.
genus: ut ... esset .. quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum. qui ..; T V, 9. ipsum .. genus iocandi non protervum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet; O I, 103.
homo: esse .. hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire; F III, 57. homo in primis ingenuus et gravis, ... Panaetius, cum ... scriberet; F IV, 23. non aperti (hominis hoc genus est), non simplicis, non ingenui, non iusti; O III, 57.
iocus: facilis .. est distinctio ingenui et inliberalis ioci; O I, 104.
oblectationes: cum .. non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes; F V, 56.
studia: ſ. artes; F V, 48.
B, I, 1. sum: aperte .. vel odisse magis ingenui est quam fronte occultare sententiam; Lae 65.
2. sum: disciplinam puerilem ingenuis ... nullam certam aut destinatam legibus ... esse voluerunt; R IV, 3.
II. amor: apud quos (Eleos, Thebanos) in amore ingenuorum libido etiam permissam habet ... licentiam; R IV, 4.

ingigno, einpflanzen: alqd: ut (hominis natura) habeat quiddam ingenitum quasi civile atque populare, quod Graeci πολιτικόν vocant; F V, 66.
cupiditatem: quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri videndi; F II, 46.
custodiam: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam; N II, 124.
notitias: ingenuit .. (natura) sine doctrina notitias parvas rerum maximarum; F V, 59.
vim: sive ... maior aliqua causa atque divinior hanc vim ingenuit, sive ..; F V, 88.

inglorius, unberühmt, ruhmlos: alqs: miseri .. (videntur), qui sunt inglorii; L I, 22.
senex: qui (rex) .. senem .. fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus; T III, 57.
peto: qui (Trophonius et Agamedes) cum Apollini Delphis templum exaedificavissent, venerantes deum petiverunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optumum homini; T I, 114.

quaero: id .. iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem quaerere; L I, 49.

2. abduco ad: ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum; D I, 92.

III. pactiones: qui (videt) tuas mercedum pactiones in patrociniis; P 46.

spes: amicitiam non spe mercedis adducti ... expetendam putamus; Lae 31.

III, 1. conduci: ducuntur (homines) ... aut spe largitionis promissisque capti aut postremo ... mercede conducti; O II, 22.

duci: postremo pretio ac mercede ducuntur; O II, 21.

evocari: innatam esse homini probitatem gratuitam, non ... praemiorum mercedibus evocatam; F II, 99.

impelli: quae voluptate quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non est virtus; A II, 140.

reperiri: neminem in nos mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ..; L III, 21.

superari: summas familiaritates praediorum fructuosorum mercede superari; F II, 85.

2. cum: si sine praemio (liberalitas) benigna || benignus || est, gratuita, si cum mercede, conducta; L I, 48.

sine: istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit inmanitatis in animo, stuporis in corpore; T III, 12.

mercor, handeln, kaufen: 1. a. cupiditas: quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cultum reliquerant; R II, 7.

b. causa: alteri (erant maritumi) mercandi causa, latrocinandi alteri; R II, 9.

2. alqs: sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant; O I, 150.

mereo, mereor, verdienen, erwerben, gewinnen, ſich verdient machen: I, 1. propensus ad: ut ... sint || sunt || .. pares in amore et aequales propensioresque ad bene merendum quam ad reposcendum; Lae 32.

II. alqs: nec .. rectum est cum amicis aut bene meritis consociare aut coniungere iniuriam; F III, 71. quae memoria est in iis (pueris) bene merentium! F V, 61. ille tenuis ... non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, a quibus exspectat, ... gratum se videri studet; O II, 70.

II. de: ſ. **de,** I. mereor (4 St.) B. I, S. 606, a. **bene,** 1. mereor (12 St.) B. I, S. 336, a.

III. alqd: quid .. mereri velis, ... quid merearis igitur, ut dicas ..? F II, 74. quid .. mereas, ut Epicureus esse desinas? nihil equidem, inquis, ut rationem vitae beatae veritatemque deseram; N I, 67.

gratias: meritas dis gratias ago; L II, 43.

meretricula, Buhlerin: meretricula .. Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. scito illa quidem sermone et Attico, sed tamen; N I, 93.

meretrix, Buhlerin: I. accipit, al.: »ab amico amante argentum accipere meretrix non vult || nevolt ||;« N I, 13.

II. adduco: quid .. necesse est, tamquam meretricem in matronarum coetum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? F II, 12.

mergo, tauchen, untertauchen: aves: eam (avem) sibi cibum quaerere advolantem ad eas avis, quae se in mari mergerent; N II, 124.

pullos: qui (P. Claudius) etiam per iocum deos inridens ... mergi eos (pullos) in aquam iussit; N II, 7.

meridiatio, Mittagsruhe: nunc .. propter intermissionem forensis operae et lucubrationes detraxi et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam; D II, 142.

meridies, Mittag, Süden: I. devehora: quoniam sol paululum a meridie iam devexus videtur; L fr 4.

inflecto ad: inflectens .. sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem aestates et hiemes efficit; N II, 49.

specto ad: sue inventa (Attus Navius) ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse; D I, 31.

II. ante: cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, ... post meridiem in Academiam descendimus; T II, 9. illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore; T II, 67.

post: constituerunt .., ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent; O III, 80. ſ. ante; T II, 9.

meritum, Verdienſt: I. est: quid omnino, cuius nullum meritum sit, ei deberi potest? N I, 116. sin erunt merita; O I, 47.

II. do, recipio: ut dandis recipiendisque meritis quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet; Lae 26.

loco: »ollos, quos endo caelo merita locaverint || conlocav. ||, Herculem, Liberum (colunto)«; L II, 19.

merula, Amſel: evolare merulas; F V, 42.

merx, Ware: I. importo: inportantur non merces solum adventiciae, sed etiam mores; R II, 7.

II. importare: Poeni primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam ... importaverunt; R III, fr 3.

messis, Ernte: qui caedes || clades | municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordetur; P 46.

meta, Regel: I. sum: quando illa (luna) ... incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit; D II, 17.

II. incido in: ex quo ... incideret luna tum in eam metam, quae esset umbra terrae, cum sol e regione *; R I, 22.

metior, meſſen, abmeſſen, beurteilen: I. utilitas: nos metiendi ratiocinandique utilitate huius artis (geometriae) terminavimus modum; T I, 5.

II. alqd: qui omnia voluptate metiuntur; F II, 56. qui voluptate et dolore omnia metiuntur; F V, 93. quod (Timocrates) dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri; N I, 113. qui nihil alterius causa faciet || facit || et metietur suis commodis omnia; L I, 41. si ... utilitate omnia metienda sunt; L I, 42. qui .. omnia metiuntur emolumentis et commodis; O III, 18.

aeternitatem: quam (aeternitatem) nulla circumscriptio temporum metiebatur; N I, 21.

amicitiam: vides .., si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse praestantius, sin emolumento ..; F II, 85.

annum: homines .. populariter annum tantum modo solis, id est unius astri, reditu metiuntur; R VI, 24.

bonum: qui honestate summum bonum metiantur; F II, 48. qui ... id .. (summum bonum) suis commodis, non honestate metitur; O I, 5.

caritatem: quia tanta caritas patriae est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur; T I, 90.

delectationem: neque .. ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum et sermonibus metiebar; C 45.

magnitudinem: etiamsi dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur; O I, 154.

malum: qui dolore summum malum metiatur; T III, 49.

modum: ex eo, quantum cuique satis est, metiuntur homines divitiarum modum; P 44.

peccata: nec .. peccata rerum eventis, sed vitiis hominum metienda sunt; P 20.

rationem: et manendi in vita et migrandi ratio omnis iis rebus ... metienda; F III, 61.

res: qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur; O III, 12.

signum, solem: nec magis adfirmabunt signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, ... maiorem esse ..; A II, 128.

similitudinem: non eam (similitudinem) fama populari, sed vera bonorum laude metiens; T I, 100.

spatia: qui (lunae cursus) quia mensa spatia conficiunt, „menses“ nominantur; N II, 69.

studia: ut ... nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; O I, 110.

virtutem: qui virtutem praemio metiuntur; L I, 49. nec eam (virtutem) .. verborum magnificentia metiamur; Lae 21.

voluptates: non genere aut loco aut ordine, sed forma, aetate, figura (voluptates) metiendas putant; T V, 94.

meto, abmähen: »tum || tam, nam || vita omnibus metenda, ut fruges«; T III, 59.

metuo, fürchten, in Furcht ſein, beſorgt ſein, befürchten: I. alqs: nec .., dum metuit, iustus est, et certe, si metuere destiterit, non erit; non metuet autem, sive celare poterit | potuerit |, sive opibus magnis, quicquid fecerit, obtinere; F II, 71. ut, si Aeacus aut Minos diceret: »oderint, dum metuant« ..., indecorum videretur; O I, 97.

luxuriosi: nisi (luxuriosi) plane fatui sint, id est nisi aut cupiant aut metuant; F II, 70.

II. ne: ex ea .. (Academia) media excitatos misi, qui metuo ne te forte flagitent; A ep 1. (sapiens) non metuit, ne confundere omnia videatur; A II, 110. hic, metuo, ne vix sibi constet; A II, 134. *quia* || si || metuant, ne cum dolore moriantur; F V, 31. metuit, ne laceratis membris minus bene utatur, ne combustis, non extimescit; T I, 106. metuo, ne soli philosophi sint; T IV, 53. ita (Epicurus) metuit, ne quid umquam didicisse videatur; N I, 73. Chrysippus metuit, ne ... non teneat omnia fato fieri; Fa 21. quod metuat, ne (id) emanet, id est ne malum habeat; L I, 41. non fuit Iuppiter metuendus ne iratus noceret; O III, 104. orator metuo ne languescat senectute; C 28. „a philosophis“, inquit, „ista sumis“. metuebam, ne „a lenonibus“ diceres; P 23.

III. alqm: iam mallem Cerberum metueres quam ista tam inconsiderate diceres; T I, 12. nec metuimus eos ... et pie sancteque colimus naturam excellentem; N I, 56. cum metueret (rex) ipse poenam sceleris sui summam, metui se volebat; R II, 45. praeclare .. Ennius: »quem metuunt, oderunt«; O II, 23. qui .. in libera civitate ita se instruunt, ut metuantur; O II, 24. qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est; O II, 24. dum metui quam cari esse et diligi malumus || maluimus ||; O II, 29. metuebant (Appium) servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; C 37. quis .. aut eum diligat, quem metuat, aut eum, a quo se metui putet? Lae 53. ſ. II. O III, 104.

alqd: ut ea (voluptas) maior sit, si nihil tale metuamus; F I, 55. haec fortasse metuis; T I, 10. non intellego, quid metuat; T I, 107. qui id, quod vitari non potest, metuit, is ..; T II, 2. quae .. venientia metuuntur, eadem adficiunt aegritudine instantia; T IV, 11. multum prodest ea, quae metuuntur, ipsa contemnere; T IV, 64. qui nihil metuant, nihil angantur; T V, 17. sine metu is habendus est, non qui parva || pauca, al. || metuit, sed qui omnino metu vacat; T V, 41. non possumus dicere ... non esse multos, qui illa metuant; N III, 16. licet .. lascivire, dum nihil metuas; R I, 63.

cultros: qui (Dionysius) cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum; O II, 25.

deos: si (parricidae) nec cupidi sint nec deos metuant nec mortem nec dolorem; F II, 21. etsi hoc loco non populum metuis, sed ipsos deos; N I, 85.

discipulos: magister ut discipulos metuat et iis blandiatur; R I, 67.

dolorem: dolor .., id est summum malum,

metuetur semper; F II, 92. quis .. potest mortem aut dolorem metuens ... esse non miser? T V, 15. ſ. deos; F II, 21.

filium: ut pater filium metuat; R I, 67.

malum: quae (mala) et venientia metuat sapiens necesse est et venisse doleat; A II, 135. cui miseriae proxumus est is, qui adpropinquans aliquod malum metuit; T IV, 35. ſ. dolorem; F II, 92.

morbos: ut (di) ... morbos metuant ex defetigatione membrorum; N II, 59.

mortem: ſ. deos; F II, 21. dolorem; T V, 15.

opes: cuius opes metuunt; O II, 21.

poenam: ſ. alqm; R II, 45.

populum: ſ. deos; N I, 85.

res: quod eis de rebus, quae maxime metuuntur, ... disputatum est; T IV, 64.

scelera: ii .. ipsi (parietes) iam extrema scelera metuentes; O II, 29.

solem: si me audietis, adulescentes, solem alterum ne metueritis; R I, 32.

metus, Furcht, Beſorgnis: I. **abſolut:** 1. **Subject:** abest: ut metus absit, caritas retineatur; O II, 24.

arcet: ut pudor civis non minus a delictis arceret quam metus; R V, 6.

cadit: in quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere necesse est; T V, 52. in quem .. metus (cadit), in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia; T V, 52.

concutit: ſ. II, 1. definio.

conturbat: metusne (animum sapientis) conturbet? T IV, 8.

deterret: si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa ... vita; L I, 40.

efficit: ut ... metus recessum quendam animi et fugam (efficiat); T IV, 15.

est: ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est finitimus, sed ..; T III, 23. et metus opinio magni mali inpendentis et aegritudo est opinio magni mali praesentis; T III, 25. earum rerum est absentium metus, quarum praesentium est aegritudo; T IV, 8. est .. metus *a* ratione aversa cautio; T IV, 13. metus (est) opinio impendentis mali; T IV, 14. aegritudini ... finitimus est metus; T IV, 64. est .. metus, ut aegritudo praesentis, sic ille futuri mali. itaque non nulli aegritudinis partem quandam metum esse dicebant; T IV, 64. quod (metus) esset quasi dux consequentis molestiae; T IV, 64. metus .. est diffidentia expectati et inpendentis mali; T IV, 80. mali exspectationem esse necesse est metum; T IV, 80. ut .. metus, sic reliquae perturbationes sunt in malo; T IV, 80. est .. metus futurae aegritudinis sollicita exspectatio; T V, 52. malus .. est custos diuturnitatis metus; O II, 23. possunt .. cuiquam esse utiles ... diurni et nocturni metus? O III, 84. in iure iurando non qui metus, sed quae vis sit, debet intellegi; O III, 104. an non est omnis metus servitus? P 40.

exanimant: te metus exanimant iudiciorum atque legum; P 18.

excutit: ſ. II, 1. definio.

exsistit: post (exsistere) iram et metum et reliquos motus animi; Ti 44.

habet: habet ardorem libido, levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus; T III, 27. quaedam .. humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus; T IV, 32.

habitat: qui potest .. habitare in beata vita summi mali metus? F II, 92.

impendent: quibus (ira, gratia) remotis nullos a superis impendere metus; N I, 45.

movet: ſ. II, 1. definio.

nascitur: ex malis metum et aegritudinem nasci censent, metum futuris, aegritudinem praesentibus; T IV, 11. ex eo ipso (somno) plurumae curae metusque nascuntur; D II, 150.

oritur: nec malum (illud esse), ex quo aut metus aut aegritudo (oriatur); T IV, 60.

permanet: ſ. II, 1. definio.

potest: ſ. habitat.

premit: quae (vis imperii) premente metu possit esse diuturna; O II, 25.

revocat: quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit; L II, 16.

subsequitur: ſ. II, 1. definio.

terrent: quos nulli metus terrent; T V, 16.

valent: qui .. ipsi (metus) per se minus valerent et magis contemnerentur, nisi ..; D II, 150.

versatur: quod aegritudo et metus in malis opinatis ... versetur; T V, 43.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** appello: alii .. metum praemolestiam appellabant; T IV, 64.

contemno: ſ. I, 1. valent.

definio: quae .. subiecta sunt sub metum, ea sic definiunt: pigritiam metum consequentis laboris, * terrorem metum concutientem, ... timorem metum mali adpropinquantis, pavorem metum mentem loco moventem, ... exanimationem metum subsequentem et quasi comitem pavoris, conturbationem metum excutientem cogitata, formidinem metum permanentem; T IV, 18. 19.

dico: nec .. dico eorum metum mortis; F V, 31. aegritudinem dico et metum; T IV, 36.

do: metum (a natura datum) cavendi causa, misericordiam aegritudinemque clementiae; A II, 135.

gigno: et aegritudines et metus et reliquae perturbationes omnes gignuntur ex ea (intemperantia); T IV, 22.

inveho: quos invehunt metus! R IV, 9.

levo: his (Deciis) levabat omnem volnerum metum nobilitas mortis et gloria; T II, 59.

moveo: quae metum aegritudinemve ... moveant; T IV, 61.

nomino: quae .. (declinatio fiet) sine ratione et cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus; T IV, 13.

obicio: interdum obiciebatur animo metus quidam et dolor; T II, 10.

pello: ut pellatur mortis et religionis metus; F IV, 11. metus omnis a vi atque ira deorum pulsus esset; N I, 45.

refero: omnes .. et metus et aegritudines ad dolorem referuntur; F I, 49.

tollo: sublata .. aegritudine sublatus est metus; T IV, 8. metum .. si qui sustulisset, omnem vitae diligentiam sublatam fore; T IV, 46. quaenam sollicitudo vexaret impios sublato suppliciorum metu? L I, 40.

turbo: ut duo reliqua (genera), metus et aegritudo, malorum (opinione turbantur); T III, 25.

2. **Ablativ:** libero: liberamur mortis metu; F I, 63. si ea ... liberarent eos (luxuriosos) deorum et mortis et doloris metu; F II, 21. si ... liberari mortis metu possumus; T I, 23. liberatos .. se ... dicunt ... terrore sempiterno et diurno ac nocturno metu. quo terrore? quo metu? T I, 48. quibus (fructibus) aliqua ex parte interdum aut cupiditate aut aegritudine aut metu liberemur; T II, 2. quae (mortis contemptio) non minimum valet ad animum metu liberandum; T II, 2. me .. biduo duarum rerum, quas maxime timebam, spero liberatum metu; T II, 67. metu magna ex parte liberati sumus; T IV, 64. (Pericles) populum liberavit metu; R I, 25. publicus ..

sacerdos inprudentiam consilio expiatam metu liberet; L II, 37.

vaco: sine metu is habendus est, non qui parva || pauca, al. || metuit, sed qui omnino metu vacat; T V, 41. vacandum ... est ... cum cupiditate et metu, tum etiam aegritudine; O I, 69.

3. **mit Präpositionen:** adhibeo ad: distinctio, utrum ad universam perturbationem ... an ad singulas, ut ad metum, lubidinem, reliquas, melius adhibeatur oratio; T IV, 59.

defendo contra: ut contra vim et metum suis se armis quaeque (bestiae) defendant || defendat ||; N II, 127.

dico de: de quo (metu) pauca dicenda sunt; T IV, 64.

nascor a: quae .. sunt his contraria, ea nasci putantur a metu; T IV, 25. — ex: quae omnes aegrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt; T IV, 25.

proficiscor a: illae .. iniuriae ... saepe a metu proficiscuntur; O I, 24.

subicio sub: sub metum .. subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido; T IV, 16. ſ. 1 definio.

sum in: qua (poena improbi) aut afficiantur aut semper sint in metu ne afficiantur aliquando; F II, 58.

vindico a: quem fortitudo ab aegritudine et a metu vindicet; T V, 42.

III. **nach Adjectiven:** 1. **Genetiv:** plenus: cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit; F I, 66.

2. **Ablativ:** praeditus: non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo; T V, 41.

vacuus: quod vacua metu, cura, sollicitudine, periculo vita bonorum virorum sit; R III, 26.

3. **mit Präpositionen:** proclivis ad: ut sunt alii ad alios morbos procliviores ..., sic || sint || alii ad metum, alii ad aliam perturbationem; T IV, 27.

procul a: animi adfectio cum in ... dolore patiens, tum procul ab omni metu; T V, 41.

IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** imbecillitas, al.: quamquam de ipsius metus inconstantia, inbecillitate, levitate dicendum est, tamen ..; T IV, 64.

perturbatio: cum (ceteri) sunt in aliqua perturbatione aut metus aut laetitiae aut cupiditatis; T IV, 82.

vis: quod cum perspicuum sit, benivolentiae vim esse magnam, metus inbecillam; O II, 29.

2. **mit Präpositionen:** alqs sine: ſ. III, 2. vaco.

constantia contra: e physicis ... sumitur ... constantia contra metum religionis; F I, 64.

vir sine: vir .. temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine ... nonne beatus? T V, 48.

V. **Umstand:** 1. **Ablativ:** adfligere: (animorum motus) animos ... adfligunt et debilitant metu; T IV, 34.

arceri: possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae metu, pudicos dicere? L I, 51.

ardere: vidimus eos ... ardentis tum cupiditate, tum metu, tum conscientia; L II, 43.

audere: etsi optimum sit || est ||, tamen invidiae metu non audeant || audent || dicere; O I, 84.

augere: nos .. omnia adversa cum venientia metu augentes, tum maerore praesentia; T V, 4.

coërceri: iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia poenae aut infamiae metu coërcebuntur; F II, 73.

cogi: quae coactus quis metu ... promiserit; O I, 32.

commoveri: qui aut lubidine aliqua aut metu commoti sunt; O I, 102.

confici: conficiuntur et angore et metu; F I, 60.

confirmari: praesentis poenae metu religio confirmari videtur; L II, 25.

conservari: quas (caerimonias, religiones) non metu, sed ea coniunctione, quae est homini cum deo, conservandas puto; L I, 43.

continere: ut ... exercitum .. in gravissimo bello animadversionis metu contineret; F I, 35.

cruciari: neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu; P 6.

debilitare: ſ. adfligere.

duci: ducuntur (homines) ... metu, ne vi parere cogantur; O II, 22.

exalbescere: cui, mors cum appropinquet, non »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu?« F V, 31. ut ait Ennius: »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu«; fr V, 65.

exhorrescere: quae (sapientia) nos exhorrescere metu non sinat; F I, 43.

ferre: ferunt pudore alii, multi metu; T II, 46.

frangi: non est .. consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; O I, 68.

percelli: »quo facto pater rex ipse Priamus somnio mentis || mentem || metu perculsus«; D I, 42.

perterreri: naves subito perterriti metu conscendistis; D I, 69. etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis; R VI, 14.

perturbari: ut .. mortis metu omnis quietae vitae status perturbatur, ... sic ..; F I, 49. memini ... perturbari exercitum nostrum religione et metu; R I, 23.

praetermittere: quod te praetermissurum credam aut mortis aut doloris metu; F II, 80.

terreri: nec .. tam metu poenaque terrentur ... quam verecundia; R V, 6.

zum Satz: infamiaene metu non esse petulantis an legum et iudiciorum? L I, 50.

2. **Präpositionen:** cum: alterius (mens alebatur) in caede et || in || iniuriis cum et diurno et nocturno metu; T V, 66.

ex: quod in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis; T I, 90.

in: quod in metu et periculo cum creduntur facilius, tum finguntur inpunius; D II, 58.

propter: qui propter metum praesidium reliquit; T III, 17. deos ... induxit Epicurus ... habitantis ... inter duos mundos propter metum ruinarum; D II, 40. tantum [Italicum] bellum propter iudiciorum metum excitatum; O II, 75. qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur et colit; P 34.

sine: laudem et caritatem (consecutus est), quae sunt vitae sine metu degendae praesidia firmissima; F I, 35. ut sapiens solum ... naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu vivere; F I, 44. ut sine cura metuque vivamus; F I, 49. (sapiens) de dis immortalibus sine ullo metu vera sentit; F I, 62. *si* || cum || sine ea (amicitia) tuto et sine metu vivi non posset; F II, 82. malis ... degere omnem aetatem sine dolore, assumpto etiam illo, quod ... adiungere soletis, ... sine doloris metu; F II, 118.

meus, mein: A. **bei Substantiven:** alqs: posthac .., mi Varro, quam plurima, si videtur; A ep 2. studet .. meus audire Cicero ..; F V, 8. non modo meum Ciceronem, sed etiam me ipsum abducas licebit; F V, 95. at hercule Bruto meo videtur; T V, 12. non facile concedo neque Bruto meo neque ... veteribus ..., ut ..; T V, 30. Cotta meus modo hoc, modo illud; N I, 47. „quid est," inquit, „mea Tertia? quid tristis es?" „mi pater", inquit, „Persa periit"; D I, 103. quia me || quam, quoniam || Athenis audire ex Phaedro

meo memini ..; L I, 53. nisi plane esse vellem meus; L II, 17. magnopere || magno opere || te hortor, mi Cicero, ut ..; O I, 3. tibi .., mi Cicero, ... haec nostra ... ignota esse nolui; O II, 8. quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse; O II, 44. cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera ... sit; O III, 5. ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas ..; O III, 33. ego etiam cum Catone meo saepe dissensi; O III, 88. vale .., mi Cicero; O III, 121. proficiscar ... ad Catonem meum; C 84.

alqd: tu vero, ut videtur; nam praefinire non est meum; T V, 21. nihil neque meum est neque quoiusquam, quod auferri ... potest; P 29.

admonitus: ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo; L III, 13.

adsensus: non .. id agitur, ut aliquid adsensu meo comprobem; A II, 126.

adulescentia: qui (Livius) ... usque ad adulescentiam meam processit aetate; C 50.

aequalis: saepe .. interfui querelis || querellis || aequalium meorum; C 7.

amicus: meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto; A I, 8. inde ea, quae meus amicus Appius *νεκυομαντεῖα* faciebat; T I, 37. qui clamores tota cavea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuvi nova fabula! Lae 24.

animus: quae (imagines) ... ad animum meum referantur; N I, 106. Orpheus, id est imago eius, ut vos vultis, in animum meum saepe incurrit; N I, 107. quid, quod eiusdem hominis in meum (animum imagines incurrunt) aliae, aliae in tuum? N I, 108. numquam ex animo meo discedit illius optimi .. viri memoria; R VI, 9. inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo; L II, 3. nec .., dum eram vobiscum, animum meum videbatis; C 79. si mihi eripuisses divinam animi mei conscientiam || constantiam ||; P 29.

arbitratus: ſ. **arbitratus** (4 St.) Bd. I, S. 229, b.

auctoritas: quod et aetati tuae esset aptissimum et auctoritati meae; O I, 4.

avia: avia mea dicebat hoc, quod dicis, fato omnia fieri, mater autem, mulier sapiens, non existimavit; fr V, 103.

aures: hic .. quis est, qui conplet aures meas ... sonus? R VI, 18.

avunculus: cur avunculus meus ... P. Rutilius, in exilio est? N III, 80.

avus: ut Africanum avum meum scribit Cato solitum esse dicere; R I, 27.

beneficium: non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset; L III, 25. nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus; O I, 78.

bonum: nolim, .. mea bona .. tibi viritim dividere libeat; T III, 48.

casus: quem ego meum casum fortiter ferre visus sum; C 84.

causa: tu .. adhuc meam causam agis; T II, 26. — nisi eum (A. Torquatum) perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua; F II, 72. mea causa me mones, quod non intellegam? D II, 133.

cives: quamquam ... male, credo, mererer de meis civibus; F I, 7. debeo ... in eo ... elaborare, ut sint opera, studio, labore meo doctiores cives mei; F I, 10. si optimarum artium vias traderem meis civibus; D II, 1. dabunt .. mihi veniam mei cives; D II, 6.

cogitatio: ego ... meas cogitationes sic derigo || dirigo ||; A II, 66. traducis cogitationes meas ad voluptates; T III, 37. ego ... omnis meas curas cogitationesque in eam (rem publicam) conferebam; O II, 2. in qua (re publica) omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat; O II, 3. illa ... aluntur ... et augentur cogitatione et memoria mea; Lae 104. in quo evigilarunt curae et cogitationes meae? P 17.

comites: cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi ..; fr V, 64.

commodum: [neminem ut violem commodi mei gratia]; O III, 29.

complexus: »Chrysis ... alacris ob viam mihi veniet complexum exoptans meum«; T IV, 67.

conlega: qui ambo mei collegae fuerunt; D II, 75. nondum .. C. Aquilius, collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas; O III, 60.

consilium: meis curis, vigiliis, consiliis stare te invitissimo rem publicam || cum ... staret ... res publica ||; P 29. neque vos ulla mortis fata periment || perement || nec fraus valentior quam consilium meum; Ti 40.

conspectus: hortuli ... ipsum (Platonem) videntur in conspectu meo ponere; F V, 2.

consulatus: (avus) mortuus est novem annis post meum consulatum; C 19.

contagio: »ne contagio mea bonis umbrave obsit«; T III, 26.

cor: »cor .. meum penitus turgescit tristibus iris«; T III, 18. »vix aegro tum corde meo me somnus reliquit«; D I, 41.

corpus: »hos non hostilis dextra ... ictus corpori inflixit meo«; T I, 20. »tanta || meo tanta, vobis || vis sceleris in corpore haeret«; T III, 26. »vires vitaque corpus meum nunc deserit omne«; D I, 40. cuius (Catonis mei) a me corpus est crematum, quod contra decuit, ab illo meum; C 84.

cura: ſ. cogitatio; O II, 2. 3. P 17. consilium; P 29.

deliciae: acerrume .. deliciae meae Dicaearchus contra hanc immortalitatem disseruit; T I, 77.

discessus: omnia tum ‖ hominibus, cum ‖ perditorum civium scelere discessu meo religionum iura polluta sunt; L II, 42. meo discessu exulasse rem publicam; P 30.

discriptio: mei sunt ordines, mea discriptio; C 59.

disputatio: longa de mea disputatione detracta oratio est; N II, 3.

doli: »ita omnes meos dolos, fallacias, praestrigias ‖ praestigias ‖ praestrinxit commoditas patris«; N III, 73.

era: »numquam era errans mea domo ecferret pedem, Medea; Fa 35.

error: non vereor, ne hunc errorem meum philosophi mortui irrideant; C 85.

facta: »patris mei meum factum pudet«; D I, 66. cum mihi nihil improviso ... pro tantis meis factis evenisset; R I, 7.

facultas: utinam esset etiam facultatis meae! L I, 58.

fallaciae: ſ. doli.

fama: si pauca ante quasi de fama mea dixero; A II, 64.

familiaris: aderant mei familiares, ... P. et C. Selii; A II, 11. sustinuero Epicureos, tot meos familiares; A II, 115. quo (dolore) ... Cn. Octavium, ... familiarem meum, confici vidi; F II, 98. cum apud C. Cottam, familiarem meum, ... disputatum est; N I, 15. adsentiris Antiocho, familiari meo, ⟨magistro enim non audeo dicere⟩; L I, 54. possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos; C 24. quod in Andria familiaris meus dicit; Lae 89. ſ. conlega; O III, 60.

filia: accipio, .. mea filia, omen; D I, 103. cur ... P. Crassi filia posset habere ... aeris milliens salva lege, mea triciens non posset? R III, 17.

filius: nihil (agebat) L. Paulus, ... socer optimi viri, filii mei? C 15. nolite arbitrari, o mihi ‖ mei ‖ carissimi filii, me ..; C 79.

fortuna: »Fortunam ipsam anteibo fortunis meis«; T IV, 67. visne ... fortunam experiri meam? T V, 61. quod ... neque .. ita ... admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret; D II, 6.

frater: ut ait Scaevola de fratris mei Mario; L I, 1 (2). quia ... haec est mea et huius fratris mei germana patria; L II, 3.

gentilis: fuit .. (Pherecydes Syrius) meo regnante gentili; T I, 38.

gloria: si isdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus; C 82. »mea semper gloria vivet«; fr VIII, 9.

gnatus: »decrevi tantisper me minus iniuriae .. meo gnato facere, dum fiam miser«; T III, 65.

hospes: vidi ... nihilo Posidonium, quam Nicomachum Tyrium, hospitem meum, fortiorem; fr V, 44. ſ. amicus; Lae 24.

incommodum: nec .. ab isto officio ... abduci incommodo meo debui; Lae 8.

incunabula: gaudeo .. me incunabula paene mea tibi ostendisse; L II, 4.

institutum: eo .. me minus instituti mei paenitet, quod ..; N I, 8. ſ. iudicium; O II, 1.

iter: nescis ... meum illud iter ob praeclarissimas res a me gestas esse susceptum? P 30.

iudicium: meo .. iudicio ita est maxima in sensibus veritas; A II, 19. Panaetius, princeps prope meo quidem iudicio Stoicorum; A II, 107. licetne ⟨omitto „per Aristotelem“, meo iudicio in philosophia prope singularem⟩; A II, 132. si quid mei iudicii est; F II, 36. meum semper iudicium fuit ..; T I, 1. Epaminondas, princeps meo iudicio Graeciae; T I, 4. quaero a vobis, Scaevolae, ... homines meo quidem iudicio acutissimi; L II, 52. scripsit ... perite meo quidem iudicio; L III, 49. si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixero; O II, 1. quamquam Africanus maiorem laudem meo iudicio assequebatur; O III, 4. Cratippus, Peripateticorum omnium ... meo iudicio facile princeps; Ti 2.

ius: satisne vobis videor pro meo iure in vestris auribus commentatus? F V, 75. videor id meo iure quodam modo vindicare; O I, 2. pro hoc .., qui minor est natu, meo iure respondeo; Lae 32.

labor: »tibi moenimenta mei peperere labores«; F II, 106. equidem ex iis etiam fructum capio laboris mei, qui ..; D II, 5. ſ. cives; F I, 10.

laus: privabo potius illum debito testimonio quam id cum mea laude communicem; A II, 3.

lectulus: me lectulus meus oblectaret; C 38.

libri: mihi .. omne tempus est ‖ tempus ‖ ad meos libros vacuum; R I, 14.

liberalitas: oblitus liberalitatis meae; N I, 67.

liberi: ut est in Melanippo: »quisnam florem liberum invidit meum?« T III, 20.

lucellum: qua ex coniunctione naturae ... convenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo aut meus quaesticulus cum caelo? D II, 34.

lucrum: meum lucrum natura rerum continetur; D II, 33.

magister: ſ. familiaris; L I, 54.

maiores: nec me .. laudandis maioribus meis corrupisti; F I, 34. cum mihi sit unum opus hoc a parentibus maioribusque meis relictum; R I, 35.

manus: quae in manus meas venerunt; O III, 34. multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae; C 59.

mater: »mea mater, tui me miseret, mei piget«; D I, 66. ſ. avia.

memoria: ſ. cogitatio; Lae 104.

mors: ille sapiens: »mors mea ne careat lacrimis«; T I, 117. qualis res publica post mortem meam futura ... sit; Lae 43.

mos: cum in armis civilibus nec tueri meo more rem publicam ... poteram; D II, 6. opinione fortasse non nulla, quam de meis moribus habebat; Lae 30. ſ. stultitia.

munus: quod .. meum munus dicis; F III, 9.

natura: ſ. stultitia.

natus: »ipsus hortatur me frater, ut meos malis miser mandarem natos«; T IV, 77. ſ. gnatus.

nepos: offendes rem publicam consiliis perturbatam nepotis mei; R VI, 11.

nomen: nec .. iam meo nomine abstinent; R I, 6. ab amicitia Q. Pompei meo nomine se removerat ... Scipio; Lae 77.

nutus: »lena delenita argento nutum observabit meum«; T IV, 67.

opera: mea opera ... Tarentum recepisti; C 11. ſ. cives; F I, 10. cogitatio; O II, 3.

opinio: ut opinio mea fert; F III, 8. T IV, 70. R I, 70. est .. (mea pecunia) ad volgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica; P 47.

oratio: ne invidia verbi labefactetur oratio mea; F I, 43. utrum .. censes .. Imperiosum illum ... tuamne de se orationem libentius auditurum fuisse an meam? F II, 60. eadem nunc mea adversum te oratio est; F V, 80. cuius opinionis levitas confutata a Cotta non desiderat orationem meam; N II, 45. responderene mihi malis de singulis rebus quaerenti ... an universam audire orationem meam; N III, 4. permagnam tu quidem expectationem ... inponis orationi meae; R I, 37. non committam, ut *non* sit inlustrior illa ipsa res ... quam oratio mea; R I, 38. vereor, ... ne ... quasi praecipientis cuiusdam ... esse videatur oratio mea; R I, 70. ut ille solebat, ita nunc mea repetet oratio populi ‖ Romani ‖ originem; R II, 3. ad quae (exempla) reliqua oratio derigatur ‖ deregatur ‖ mea; R II, 55. ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros ... studiose legas; O I, 3.

ordines: ſ. discriptio.

parentes: ſ. maiores; R I, 35.

pater: hominem ... patri meo Paulo ... carum fuisse; R I, 23. ſ. facta; D I, 66. ſ. alqs; D I, 103.

patria: hanc meam esse patriam; L II, 5. ſ. frater; L II, 3.

pecunia: ut emas mea pecunia fundum; O II, 84. meam .. quoniam pecuniam contemnis; P 47.

pericula: non dubitaverim ... meis .. propriis periculis parere commune reliquis otium; R I, 7.

praedia: capit ille ex suis praediis sescena sestertia, ego centena ex meis; P 49.

praestrigiae: ſ. doli.

proavus: eius, quem tu in ore semper habes, proavi mei ... facta ... cognoscens; F III, 37.

puella: vero, mea puella, tibi concedo meas sedes; D I, 104.

quaesticulus: ſ. lucellum.

ratio: patere .. rationem meam cum tua ratione contendere; N III, 10.

regnum: »quod mihi portento caelestum pater prodigium misit, regni stabilimen mei«; N III, 68. quod ... conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem; R VI, 9.

reliquiae: »neu relliquias semiesas sireis ‖ reliquias semi assi reis, quaeso meas sieris ‖ ... divexarier«; T I, 106.

responsio: tibi ... aliquid ... ex mea brevi responsione arripere cupienti; F III, 14.

rogatus: ſ. admonitus.

salus: cum meam salutem senatus exteris nationibus ... commendabat; P 29.

sapientia: si sapientiam meam admirari soletis; C 5.
sedes: ſ. puella.
senectus: ut meae senectutis requiem ‖ requietem ‖ ... noscatis; C 52.
sensus: vereor, ne cui vestrum ... non ex meo sensu deprompta ‖ depromta ‖ haec videatur oratio; P 6. ſ. animus; L II, 3.
sententia: explicavi .. sententiam meam; F I, 72. horum posteri meliores illi quidem mea sententia quam reliquarum philosophi disciplinarum; F V, 13. rem .. mea sententia minime dubiam argumentando dubiam facis; N III, 10. disputatio Cottae quamquam labefactavit sententiam meam; D I, 8. horum trium generum quodvis ... non ... mea sententia optimum *est*; R I, 42. *ex* tribus primis generibus longe praestat mea sententia regium; R I, 69. *ait* Theophrastus, auctor haud deterior mea quidem sententia; L II, 15. atque mea quidem *eadem* sententia est; L II, 24. mea quidem sententia paci ... semper est consulendum; O I, 35. ac mea quidem sententia omnis ratio ... desiderat ..; O II, 39. habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; O III, 121. mea quidem sententia haud scio an nulla (senectus) beatior possit esse; C 56. Cato .., perfectus mea sententia Stoicus, .. ea sentit; P 2.
sermo: ut iam ad sermonis mei auctorem ‖ morem ‖ revertar; R I, 68.
sodalis: cur sodalis meus interfectus domi suae, Drusus? N III, 80.
somnium: saepe tibi meum (somnium) narravi; D I, 58.
sponte: quamquam tua me oratio confirmavit, tamen etiam mea sponte nimis superstitiosam de divinatione Stoicorum sententiam iudicabam; D II, 100.
studium: quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur; D II, 5. nihil .. umquam abnuit meo studio voluntas tua; Fa 3. cui .. (Catoni) vel patris utriusque iudicio vel etiam meo studio me totum ... dedidi; R II, 1. ſ. cives; F I, 10.
stultitia: non modo stultitiam meam, sed etiam mores et naturam condemnandam puto; A II, 65.
testes: quoniam testibus meis intellexi .. te non valde moveri; R I, 61.
vectigal: ex meo tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redundabit; P 49.
versus: urges me meis versibus; D II, 45.
vicini: ſ. familiaris; C 24.
vigiliae: ſ. consilium; P 29.
vis: non curia vires meas desiderat; C 32. vos suscipite, ut ... imitemini ‖ imitamini ‖ .. vim meam; Ti 41.
vita: [non .. mihi est vita mea utilior quam animi talis adfectio]; O III, 29. ſ. gloria; C 82.
vitium: meum vitium fuerit; A II, 49. adhuc, meo fortasse vitio, quid ego quaeram, non perspicis; F V, 78.
umbra: ſ. contagio.
vox: quoniam his voluminibus ad te profecta vox est mea; O III, 121.
utilitas: ut ipse ad meam utilitatem semper cum Graecis Latina coniunxi; O I, 1.

B. **allein: a. masc.:** insidiae a: etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis; R VI, 1.
b. neutr.: I. deflagrant, ruunt: ſ. III. P 28. delectant: te tua, me delectant mea; T V, 63.

II, 1. adveho: advexi, exposui, vendo meum non pluris quam ceteri; O III, 51.
amo: me .. ipsum ames oportet, non mea; F II, 85.
dico: dicam .. nec mea nec ea, in quibus ..; A II, 10.
expono: ſ. adveho.
lego: nec ... recusabo, quo minus omnes mea legant; F I, 7. ipse mea legens sic adficior interdum, ut ..; Lae 4.
miror: ſ. III. A I, 8.
porto: omnia mecum porto mea; P 8.
vendo: ſ. adveho.
2. fruor: ut ... tu me invito fruare meo? O II, 83.
III. alqd: nihil .. magnopere meorum miror; A I, 8. nisi forte, cum parietes disturbabas, ... meorum aliquid ruere aut deflagrare arbitrabare; P 28.

mico, zucken, funkeln, ſtrahlen, ſchimmern, Fingerſpiel ſpielen: 1, a. vinci: nullum erit certamen, sed quasi sorte aut micando victus alteri (tabulam) cedet alter; O III, 90.
b. verbal: quid .. sors est? idem prope modum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras; D II, 85.
2. alqs: dignum esse dicunt, „quicum in tenebris mices“; O III, 77.
anguis: »Iovis ... pinnata satelles ... subrigit ipsa feris transfigens unguibus anguem semianimum et varia graviter cervice micantem«; D I, 106.
arteriae: venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; N II, 24.
concursus: »concursus .. gravis stellarum ardore micantis tu quoque ... vidisti«; D I, 18.
fulgor: »huic (Andromedae) Equus ille iubam quatiens fulgore micanti summum contingit caput alvo«; N II, 111.
stella: huic .. Booti »subter praecordia fixa videtur stella micans radiis, Arcturus nomine claro«; N II, 110.
venae: ſ. arteriae.

migratio, Wanderung: 1. evenit: migrationem et emptionem feliciter evenire volo; A ep 2.
2. sum: mortem ... esse ... quandam quasi migrationem commutationemque vitae; T I, 27. migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt; T I, 98.

migro, ziehen, ausziehen, auswandern, übertreten, überſchreiten: I, 1, a. ratio: et manendi in vita et migrandi ratio omnis iis rebus ... metienda; F III, 71.
b. verbal: ut ... in alium quendam locum ex his locis morte migretur; T I, 97. nec iniussu eius, a quo ille (animus) est vobis datus, ex hominum vita migrandum est; R VI, 15.
2. alqs: video te alte spectare et velle in caelum migrare; T I, 82. ante quam ex hac vita migro; R VI, 9. nisi maiores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent; L II, 55. cum ex hac vita migrassemus; fr V, 50.
sapiens: (sapiens) non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita; F I, 62.
II. alqd: »quod quis earum rerum migrassit«; L III, 11. ea migrare interdum et non servare fit iustum; O I, 31.
ius: qui id (ius) conservaret, eum iustum, qui migraret, iniustum fore; F III, 67. dicitur .. istuc .. a Cotta ..., credo, ne communia iura migrare videatur; D I, 8.

miles, Soldat: I, 1. est: quibus (viribus) aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello ... fuerim; C 32. nec parasitorum in comoediis

adsentatio faceta nobis videretur, nisi essent milites gloriosi; Lae 98.

facit: haec veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? T II, 89.

fugit: ut .. fit in proelio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat, quantum possit, ob eamque causam pereat non numquam etiam integro corpore, cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit, sic ..; T II, 54.

incendunt: quas (onerarias) incenderant milites, quia sequi noluerant; D I, 69.

insidunt: milites ... primum montem sacrum, ... deinde Aventinum *armatos insedisse*; R II, 63.

nolunt: ſ. incendunt.

numerant: scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant quam umeros, lacertos, manus; T II, 37.

paret: huius (Ulixi) animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens; T II, 50.

perit: ſ. fugit.

possunt: ut (milites) ... abiectis oneribus expeditis armis ut membris pugnare possint; T II, 37. ſ. facit. fugit.

proficiscitur: cum .. eo (Q. Maximo) quartum consule adulescentulus miles ad Capuam profectus sum; C 10.

pugnant: ſ. possunt.

relinquunt: milites bellum illud, quod erat in manibus, reliquisse; R II, 63.

sequuntur: ſ. incendunt. — stat: ſ. fugit.

tuentur: hos admonitu oportebit ut bonos milites revocatos dignitatem tueri; T II, 48.

venit: ad quam tu (urbem) oppugnandam nunc venis paene miles; R VI, 11.

versatur: qui et miles et tribunus et legatus et consul versatus sum in vario genere bellorum; C 18.

videt: ſ. fugit.

videtur: adduc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur; T II, 37.

2. sum: cum (filius) in Macedonia bello Persico miles esset; O I, 37. negat .. ius esse, qui miles non sit, cum hoste pugnare; O I, 37.

II, 1. adduco: ſ. I, 1. videtur.

arma: ſ. I, 1. insidunt.

delinio: ut ... milites .. blande appellando [sermone] deliniant ‖ app. deleniant ‖; O II, 48.

facio: quod idem in dilectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine; D I, 102.

habeo: quid (res publica) habeat militum; L III, 41.

imitor: deforme .. est ... cum inrisione audientium imitari militem gloriosum; O I, 137.

revoco: ſ. I, 1. tuentur.

sano: qua (radicula) inventa et Ptolomaeus ‖ Ptolem. ‖ sanatus dicitur et multi milites; D II, 135.

vulnero: qui (milites) erant eodem genere teli vulnerati; D II, 135.

2. evenio: ſ. I, 1. fugit.

impero: haec (ratio) ut imperet .... „quonam modo?“ inquies. vel ut dominus servo vel ut imperator militi; T II, 48.

insero: ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori; O III, 114.

III. gravis: quod (Xenophon) diceret eosdem labores non aeque gravis esse imperatori et militi; T II, 62.

IV, 1. alqd: ſ. II, 1. habeo.

membra: arma .. membra militis esse dicunt; T II, 37.

tribunus: cum (P. Decius) esset tribunus militum; D I, 51. cum in Africam venissem M'. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum; R VI, 9.

2. seditio inter: magnam seditionem in castris eius (Hamilcaris) inter Poenos et Siculos milites esse factam; D I, 50.

milies (milliens), tauſendmal, vielmal, hundert Millionen: I. aeris: cur ... P. Crassi filia posset habere ... aeris milliens salva lege, mea triciens non posset? R III, 17.

sestertium: cum ei (sapienti) testamento sestertium milies relinquatur; O III, 93.

II. malo: Aiax ... milies oppetere mortem quam illa perpeti maluisset; O I, 113.

muto: non modo in tot gentibus (genera iuris) varia, sed in una urbe ... milliens mutata demonstrem; R III, 17.

militaris, ſoldatiſch, kriegeriſch, militäriſch: auspicium: ex acuminibus .., quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ... totum omisit; D II, 77.

fortitudines: sunt .. domesticae fortitudines non inferiores militaribus; O I, 78.

gloria: sic est .. intemperans militaris in forti viro gloria; T II, 39.

imperium: ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam; F I, 35.

labor: magnam laudem ... consequebare equitando, iaculando, omni militari labore tolerando; O II, 45.

ornatus: quod statuas .. videmus ornatu fere militari; O I, 61.

res: cum esset Roma profectus rei militaris rudis; A II, 2. in quo (bello) ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut ..; A II, 4. quid loquar de re militari? T I, 2. cum ... equitum peditumque discriptio, tota res militaris divinitus esset constituta; T IV, 1. cuius (Tulli Hostilii) excellens in re militari gloria magnaeque extiterunt res bellicae; R II, 31. si sunt ad rem militarem apti; O I, 74. student ... excellere, ut Q. Mucius P. f. in iure civili, Pauli filius Africanus in re militari; O I, 116.

terror: adiuncto terrore etiam militari; L III, 25.

tribunus: cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule; C 32.

vita: in vita occupata atque ... militari pauca ipsa multum saepe prosunt; T II, 2.

militia, Kriegsdienſt, Feldzug: I. est: »quibus (Lacaenis virginibus) magis ... labor, militia ‖ militiae ‖ studio est quam fertilitas barbara«; T II, 36. quocum (Scipione) et domus fuit et militia communis; Lae 15. neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes (erant); Lae 103.

ohne Verb: quam levis epheborum illa militia! R IV, 4.

II, 1. dico: militiam vero — nostram dico, non Spartiatarum; T II, 37.

subterfugio: insimulant eum (Ulixem) tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse; O III, 97.

2. perfungor: Xenophon ... in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia; D I, 52.

3. eo ad: ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, a quibus primo anno regantur; R IV, 3.

III. labor: ſ. I. est; T II, 36.

sacramentum: [Cato ad Popilium scripsit, ut ... secundo eum (filium) obliget militiae sacramento]; O I, 36.

IV, 1. Genetiv: »militiae ab eo, qui imperabit, provocatio nec esto«; L III, 6. »militiae, quibus iussi erunt, imperanto ..., domi pecuniam publicam custodiunto«; L III, 6. »militiae summum ius habento, nemini parento«; L III, 8. ſ. **domus**, V, 2, a, γ. T V, 55. D I, 3. R I, 18. II, 1. L II, 31. C 82. Lae 51 (B. I, S. 769, a).

2. in: ſ. II, 2.

milito, Kriegsdienſte thun, dienen: filius: [in cuius (Popilii) exercitu Catonis filius tiro militabat]; O I, 36. [Catonis .. filium, qui in eadem legione militabat, dimisit]; O I, 36.

mille, tauſend: A. bei Subſtantiven: I. equites: prioribus equitum partibus secundis additis ↀIↃCCC fecit equites; R II, 36.

stadia: ille nescio qui ..., mille et octingenta stadia quod abesset, videbat; A II, 81.

II. aeris: eos, qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in suum ‖ suum in ‖ censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit; R II, 40.

annorum: nisi multa annorum intercesserint milia; F II, 102. qui centum milibus annorum ante occiderunt; T I, 9. si ad decem milia annorum gentem aliquam urbe nostra petituram putem; T I, 90. tria milia annorum magnum annum tenere; N fr 5. qui quadringenta septuaginta milia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent; D I, 36. quadringenta septuaginta milia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicumque essent nuti, Babylonios posuisse; D II, 97.

denarium: quod sit mille denarium; O III, 92.

hominum: ut ... cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent; R VI, 2. non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent; O II, 73. octo hominum milia tenebat Hannibal; O III, 114.

mundorum: cur .. non sescenta milia esse mundorum, sed innumerabilia ausus es dicere? N I, 96.

pondo: si idem in decem milibus pondo auri ‖ milibus, milibus pondo ‖ non idem fecerit; P 21.

B. allein: a. latrocinantur: tot milia latrocinantur morte proposita; N I, 86.

b. addo: addidit centum milia; O III, 62.

millensimus, tauſendſte: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quamquam id millensimo ante anno Apollinis oraculo editum esset; Fa 13.

milliens ſ. **milies.**

miluus, Weihe: miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo; ergo alter alterius ubicumque nanctus est ova frangit; N II, 125.

mimus, Mimenſpieler: oculi nimis ‖ mimi, al. ‖ arguti, quem ad modum animo affecti simus ‖ sumus ‖, loquuntur; L I, 27.

mina, Mine: I. accipio: triginta minas accepit; T V, 91.

reddo: si recte conclusi, teneo; sin vitiose, minam Diogenes mihi reddet; A II, 98.

II, 1. emere: si emere aquae sextarium cogerentur ‖ cogantur ‖ mina; O II, 56.

2. a: a quo (viro) .. funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam; L II, 68.

minae, Drohungen: I. abſolut: ubi .. illae minae superiorum extorum? D II, 36.

II. cogere: non omnia vi ac minis cogere; L II, 14.

corrumpi: nec eam (virtutem) minis ‖ aut, minimis ‖, blandimentis corrupta (beata vita) deseret; T V, 87.

terrere: eum tu hominem terreto ... istis mortis aut exilii minis; P 17.

minax, drohend: somniis crebris, ad extremum etiam minacibus cum (Numerius Suffustius) iuberetur certo in loco silicem caedere; D II, 85.

minister, Diener, Gehülfe, Beförderer: I, 1. sunt: quae machinae, qui ministri tanti muneris fuerunt? N I, 19.

2. sum: „an tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et praebitorem sperent fore?“ bene „ministrum et praebitorem“, quia sordidum regi; O II, 53. ut (amici) aut libidinis ministri aut adiutores essent ad iniuriam; Lae 35.

videor: qui (sensus) tibi ... non comites solum virtutum, sed ministri etiam videbuntur; F II, 113.

II, 1. praebeo: qui ... earum (voluptatum) .. se quasi ministros praebuerunt; R VI, 29.

requiro: ministros, machinas, omnem totius operis dissignationem ‖ design. ‖ (requiro); N I, 20.

2. utor: malis .. usus ille (populus) ministris; R I, 66.

alqd: ut quicquid obiectum est, quod modo a natura non sit alienum; T V, 98. si (di) ea nobis obiciunt, quorum nec scientiam neque explanatorem habeamus; D II, 131.

aggerem: maximo aggere obiecto; R II, 11.

divitias: huic tu viro quas divitias obicies? quae imperia? quae regna? R III, 40.

dolorem: interdum obiciebatur animo metus quidam et dolor; T II, 10.

errorem: erroris obiciundi causa; L II, 47.

formas: obiciuntur etiam saepe formae, quae reapse nullae sunt, speciem autem offerunt; D I, 81.

imbecillitatem: cum obicimus maerentibus inbecillitatem animi ecfeminati; T IV, 60.

imperia: ſ. divitias.

magnificentiam: quom esset obiecta magnificentia villae Tusculanae; L III, 30.

metum: ſ. dolorem.

offam: necesse est .. offa obiecta cadere frustum ex pulli ore; D I, 27.

probrum: ſ. I. — regna: ſ. divitias.

rem: (animal) non potest obiectam rem perspicuam non adprobare; A II, 38. obiecta terribili re extrinsecus; A II, 48. nulla res obiecta impediet, quo minus (animus) percipiat, quale quidque sit || est ||; T I, 47. cum .. aliqua iis ampla et honesta res obiecta est || obiecta ||; O II, 37.

signum: obnuntiatio Ateii ... signo obiecto monuit Crassum ..; D I, 30. nec eam rem (C. Flaminius) habuit religioni obiecto signo, ... ne committeret proelium; D I, 77.

speciem: plerique ... victi et debilitati obiecta specie voluptatis; F I, 47. simul obiecta species est cuiuspiam, quod bonum videatur; T IV, 12. species dumtaxat obicitur quaedam; num etiam, cur ea beata sit, cur aeterna? N I, 107. cum .. aliqua species utilitatis obiecta est, commoveri necesse est; O III, 35.

visum: si tale visum obiectum est a deo dormienti, ut probabile sit; A II, 49. huic (parti animi) omnia visa obiciuntur a mente ac ratione vacua; D I, 60. deosne inmortalis ... obicere in (mortalibus) visa quaedam tortuosa et obscura; D II, 129. visum est .. tale obiectum dormienti, ut ..; D II, 143. visum obiectum inprimet ... in animo suam speciem; Fa 43.

utilitatem: quod nulla utilitate obiecta delectentur animi; F V, 50.

obiectus, Entgegenſtellen: eadem .. obiecta suo umbram noctemque efficiat; R IV, 1.

obitus, Untergang, Tod: I, 1. admisceo: »ortus ubi atque obitus partem admiscetur in unam«; N II, 108.

cognosco: soli .. ex animantibus nos astrorum ortus, obitus cursusque cognovimus; N II, 153. qui solis et lunae reliquorumque siderum ortus, obitus motusque cognorunt; D I, 128.

conficio: non .. omnium ortus || interitus || atque obitus natura conficiet; D II, 37.

perdisco: maius est .. has contortiones orationis quam signorum ortus obitusque perdiscere; Fa 17.

petesso: »Phoebi fax ... praecipitis caeli partis obitusque petessens«; D I, 18.

2. converto ab: »se .. (Iovis satelles) obitu a solis nitidos convertit ad ortus«; D I, 106.

II, 1. commoveri: (possent) aestus maritimi fretorumque angustiae ortu aut obitu lunae commoveri? N II, 19.

2. post: „pectora diu tenet desiderium", sicut ait Ennius, „post optimi regis obitum"; R I, 64. quantum tenuerat (populum Romanum) post obitum vel potius excessum Romuli desiderium; R II, 52.

obiurgatio, Tadel, Verweis: I. caret: habenda ratio ... est, primum ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat; Lae 89.

habet: quod acerbitatis habet obiurgatio; O I, 137.

incidunt: obiurgationes etiam non numquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione maiore et verborum gravitate acriore; O I, 136.

vigent: cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitiis vigent maxime; O I, 58.

II, 1. avellere: qua hunc obiurgatione aut quo potius convicio || convitio || a tanto errore coner avellere? O III, 83.

2. in: ſ. I. incidunt.

obiurgator, Tadler: I. discunt, al.: qua quidem in causa et benivolos || benev. || obiurgatores placare et invidos vituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse paeniteat, alteri didicisse se gaudeant; N I, 5.

II. convinco: ut obiurgatores suos convinceret; D I, 111.

placo: ſ. I.

obiurgo, tadeln, ſchelten: alqm: in extremis Niptris (Ulixes) alios quoque obiurgat; T II, 50. ipsius id || [id] || causa, qui obiurgetur, esse susceptum; O I, 137. peccasse .. se non arguntur, obiurgari moleste ferunt; Lae 90.

amicos: et monendi amici saepe sunt || sunt saepe, al. || et obiurgandi; Lae 88.

oblectamentum, Unterhaltung: I. sum: ita venusta habeantur ista, non ut vincla virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum; P 38.

II. nosco: ut meae senectutis requiem || requietem || oblectamentumque noscatis; C 52.

persequor: possum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum; C 55.

oblectatio, Genuß, Luſt: I, 1. est: quae ista potest esse oblectatio deo? quae si esset, non ea tam diu carere potuisset; N I, 22. quae esset oblectatio valentium, qui victus aut cultus? O II, 15.

potest: ſ. est; N I, 22. II, 1. confero.

2. sum: non solum beatae vitae istam esse oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum; F V, 53. ſ. 1.

II, 1. adfero: istorum disputatio ... vereor ne non tantum videatur adtulisse negotii hominibus, quantam oblectationem; R I, fr 5. fr V, 42.

confero: sive oblectatio quaeritur animi requiesque curarum, quae conferri cum eorum studiis potest? O II, 6.

habeo: indagatio ipsa rerum cum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem; A II, 127. cum .. non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes; F V, 56.

iudico: otii oblectationem hanc honestissimam iudico; A I, 11.

pario: auribus oblectatio magna parta est temperata varietate ... sonorum; T I, 62.

quaero: ſ. confero.

2. elliptiſch: haec oblectationis; illa necessitatis; N II, 150.

3. careo: ſ. I, 1. N I, 22.

III, 1. plenus: in eadem (amicitia Scipionis mihi) requies plena oblectationis fuit; Lae 103.

2. necessarius ad: artes .. efficimus partim ad usum vitae, partim ad oblectationem necessarias; N II, 148.

IV. cum: alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione sollertiae; T V, 66.

oblecto, ergötzen, erfreuen: alqm: cum eorum (doctissimorum hominum) inventis scriptisque se oblectent; R I, 28. ubi se oblectare sine interpellatoribus posset; O III, 58. quas (res) si exequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret; C 38. num .. horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? C 56.

animum: enumeratio exemplorum, non ut animum malivolorum || malev. || oblectet, adfertur, sed ut ..; T III, 60.

virtutem: ne illa (virtus) se multis solaciis oblectat; R III, 40.

obligo, binden, hindern, belaſten, verbinden, verpflichten: alqm: saepe etiam legum iudiciorumque poenis obligantur; F I, 47. a quo (medico) obligetur; T II, 38. est .. periculum, ne aut neglectis iis (auspiciis rebusque divinis) impia fraude aut susceptis anili superstitione obligemur; D I, 7. qua (sponsione) obligamur deo; L II, 41. principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus; O I, 58. ii ne obligari quidem beneficio volunt; O II, 69.

filium: [ut ... secundo eum (filium) obliget militiae sacramento]; O I, 36.

locum: statuit .. collegium locum publicum non potuisse privata religione obligari; L II, 58.

volnus: ut volnus obliget; T II, 39. qui (Aesculapius) ... primus .. volnus dicitur obligavisse; N III, 57.

oblimo, mit Schlamm überziehen: mollitos .. et oblimatos agros ad serendum (Nilus) relinquit; N II, 130.

oblino, beſudeln: geram morem vobis et me oblinam sciens; R III, 8.

obliquus, ſchräg, ſchief: alqs: (eos) partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; R VI, 20.

corpus: »exinde Orion obliquo corpore nitens«; N II, 113.

motus: si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; D I, 120.

oblitesco, ſich verbergen: quibus .. temporibus a nostro aspectu oblitescant (di) rursusque emersi terrorem incutiant rationis expertibus; Ti 37.

oblivio, Vergeſſen, Vergeſſenheit: I. capit: maxume .. adducuntur plerique, ut eos iustitiae capiat oblivio; O I, 26.

est: non est .. in nostra potestate fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio; T III, 35.

II. ars: Themistocles .., cum ei Simonides ... artem memoriae polliceretur, „oblivionis“, inquit, „mallem“; F II, 104.

III. deleri: quae ... vel oblivione vel vetustate delentur; N I, 28.

exstingui: sermo ... ille ... oblivione posteritatis extinguitur; R VI, 25.

leniri: motus animi, sollicitudines aegritudinesque oblivione leniuntur; T V, 110.

obrui: ut .. adversa quasi perpetua oblivione obruamus; F I, 57. si prima quaeque bene ab eo (sapiente) consulta atque facta ipsius oblivione obruentur; F II, 105.

obsoletus: quos (antiquos mores) ita oblivione obsoletos videmus, ut ... iam ignorentur; R V, 2.

obliviosus, vergeßlich: quos ait Caecilius „comicos stultos senes“, hos || hoc || significat credulos, obliviosos, dissolutos; C 36.

obliviscor, vergeſſen: I. abſolut: qui ... respondisse dicitur oblivisci se malle discere; A II, 2. tu oblivisci iubes, quod contra naturam est? T III, 35.

II, 1. indirecte Frage: quid tibi dicendum sit, oblitus es; F II, 98. obliviscemur .., quae virtuti ipsi principia dederimus; F IV, 40. an obliviscimur, quantopere in audiendo ... moveamur? F V, 62. obliti mihi videntur, quae ipsi fecerint || iecerint, al. || principia naturae; F V, 72. an .. oblitus es, quid initio dixerim? N II, 2. nec .. quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset; C 21.

2. Infinitiv: quod ... in redeundo ... auspicari esset oblitus; N II, 11.

3. acc. c. inf.: (isti) obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut ..; F IV, 42. oblitine sumus hoc nunc nobis esse propositum? T I, 81.

III, 1. alicuius: nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam; F V, 3. huic (Epicuro) ... non multum differenti a iudicio ferarum oblivisci licebit sui? T V, 73.

commodorum: ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quaecumque agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum; O I, 85.

corporis: quae (hominis natura) obliviscetur corporis; F IV, 33.

institutionis: quae .. natura suae primae institutionis oblita est? F IV, 32.

liberalitatis: oblitus liberalitatis meae ... plura complector; N I, 67.
malorum: iubes me bona cogitare, oblivisci malorum; T III, 35. obliviscor etiam malorum, ut iubes, eoque facilius, quod ..; T III, 37.
rerum: omnium ceterarum rerum obliti; F V, 57.
vitiorum: est .. proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum; T III, 73.
2. alqd: Polyaenus ..., num illa etiam, quae sciebat, oblitus est? A II, 106. memini etiam, quae nolo, oblivisci non possum, quae volo; F II, 104. [quod se oblitum nescio quid diceret; O I, 40. quasi aliquid esset oblitus; O III, 113.

obmutesco, verſtummen: alqs: si quis obmutescere concupierit; F IV, 7. Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur ...; posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? D II, 69. num .. hunc (Sophoclem), num Homerum, ‖ num ‖ Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, num ... Diogenem Stoicum coëgit in suis studiis obmutescere ‖ obmutiscere ‖ senectus? C 23.
dolor: videsne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? T II, 50.
homines: vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent; F II, 49.

obnubilus, umwölkt: quae ... timeretis, ... „pallida Leti, obnubila tenebris loca"; T I, 48.

obnuntiatio, Meldung böſer Vorzeichen, Warnung: I. adfert, al.: veram .. fuisse obnuntiationem ... exitus adprobavit; quae si falsa fuisset, nullam adferre potuisset causam calamitatis; D I, 29.
fingit, al.: non .. obnuntiatio Ateii causam finxit calamitatis, sed signo obiecto monuit Crassum, quid eventurum esset, nisi cavisset. ita aut illa obnuntiatio nihil valuit aut, si, ut Appius iudicat, valuit, id valuit, ut peccatum haereat ..; D I, 30.
II. neglego: dirarum obnuntiatione neglecta; D I, 29.

obnuntio, böſe Vorzeichen melden, warnen: non in eo est culpa, qui obnuntiavit, sed in eo, qui non paruit; D I, 29.

oboedientia, Gehorſam: I. sum: si servitus sit, sicut est, oboedientia fracti animi et abiecti et ‖ abiecti ‖ arbitrio carentis suo; P 35.
II. abicio: relinquunt .. (appetitus) et abiciunt oboedientiam nec rationi parent; O I, 102.

oboedio, gehorchen: I, 1. facilitas: ut filiis imperari corporis membris propter oboediendi facilitatem; R III, 37.
2. civis: »magistratus nec oboedientem et noxium ‖ innoxium ‖ civem ... coherceto«; L III, 6.
corpus: eum .. (animum deus) ut dominum atque imperantem oboedienti praefecit corpori; Ti 21.
pars: haec (ratio) ut imperet illi parti animi, quae oboedire debet; T II, 47.
II. alicui: ut, qui adhuc voluntate nobis oboediunt, terrore teneantur; R III, 41.
consilio: ſ. rationi; O I, 79.
cupiditati: recte solus (sapiens appellabitur) liber nec dominationi cuiusquam parens nec oboediens cupiditati; F III, 75.
deo: et hic (mundus) deo paret, et huic oboediunt maria terraeque; L III, 3.
dominis: dum .. his ‖ iis ‖ (dominis) oboediet; P 33.
magistratibus: ut obtemperent oboediantque magistratibus; L III, 5.
naturae: nulli .. est naturae oboediens aut subiectus deus; N II, 77. hominem naturae oboedientem homini nocere non posse; O III, 25.
praecepto: hic ... parebit et oboediet praecepto illi veteri; T V, 36.
rationi: quae (temperantia) est moderatio cupiditatum rationi oboediens; F II, 60. cum omnis perturbatio sit animi motus vel rationis expers vel rationem aspernans vel rationi non oboediens; T III, 24. ut (corpus) oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis; O I, 79. efficiendum .. est, ut adpetitus rationi oboediant; O I, 102. ut ... appetitum rationi oboedientem praebeamus; O I, 132. appetitiones ... oboedientes efficere rationi; O II, 18.
Soli: cum ... infra .. Martem duae (stellae) Soli oboediant; N II, 119.
voluntati: quem ad modum .. oboedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt? N I, 19.
voluptatibus: inpulsu .. libidinum voluptatibus oboedientium; R VI, 29.

obrepo, heranſchleichen, ſich einſchleichen: adulescentia: ſ. senectus; C 4.
imagines: nullae .. imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus; D II, 139.
senectus: obrepere aiunt eam (senectutem) citius, quam putassent ‖ putavissent ‖; C 4. qui .. citius adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia obrepit? C 4. semper .. in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrepat senectus; C 38.

obrigesco, erſtarren: cinguli: e quibus (cingulis) duos maxime inter se diversos ... obriguisse pruina vides; R VI, 21.
pars: quod pars earum (regionum) adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu; N I, 24.

obrogo, die volle Giltigkeit nehmen, ändern: huic legi nec obrogari fas est neque derogari ex hac aliquid licet neque tota abrogari potest; R III, 33.

obruo, überſchütten, überladen, bedecken, vergraben, verbergen, verdunkeln: alqm: cum obruerentur copia sententiarum atque verborum; T II, 3. Cyrsilum quendam suadentem, ut ... Xersem ‖ Xerxem ‖ .. reciperent, lapidibus obruerunt; O III, 48.
alqd: is, etiamsi quid obrutum erit, poterit eruere; F IV, 10.
adversa: ut .. adversa quasi perpetua oblivione obruamus; F I, 57.
Aegyptum: cum tota aestate obrutam oppletamque (Aegyptum Nilus) tenuit; N II, 130.
aestimationem: ista rerum corporearum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur et obruatur ... necesse est; F III, 45.
consulatus: talis viri interitu sex suos obruere consulatus et contaminare extremum tempus aetatis; T V, 56. si prima quaeque bene ab eo (sapiente) consulta atque facta ipsius oblivione obruentur; F II, 105.
dolorem: ſ. malum; T II, 66.
exercitum: factum, ut ... nive Gallorum obrueretur exercitus; D I, 81.
malum: ea mala virtutis magnitudine obruebantur; F V, 92. tantulum .. (malum dolorem) esse, ut a virtute ita obruatur, ut nusquam appareat; T II, 66. ut id (malum) obruatur sapientia vixque appareat; T III, 80.

memoriam: ante .. Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam; T I, 110.
ova: testudines .. et crocodilos dicunt ... obruere ova; N II, 129.
partes: an dubium est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, ut reliquas obruat? F V, 91.
ranas: ranae .. marinae dicuntur obruere sese harena solere et moveri prope aquam; N II, 125.
Salamina: ſ. memoriam.
sermonem: sermo ... ille ... obruitur hominum interitu et oblivione posteritatis extinguitur; R VI, 25.
thesaurum: nec .. quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset; C 21.
voluptates: quae minimae sint voluptates, eas obscurari saepe et obrui; F IV, 29.

obscene, anſtößig, unſittlich: dico: latrocinari, fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene; O I, 128.
excito: cuius (Mercurii) obscenius excitata natura traditur; N III, 56.

obscenitas, Unanſtändigkeit: I. vacat: nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat nec orationis obscenitas; O I, 127.
II. adhibeo: si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas; O I, 104.

obscenus, anſtößig, unſittlich: alqd: illud Antipatri Cyrenaici est *id* quidem paulo obscenius; T V, 112. quod .. facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscenum est; O I, 127. liberis dare operam re honestum est, nomine obscenum; O I, 128. ita taetra quaedam (Posidonius collegit), ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia; O I, 159.
genus: unum (iocandi genus) inliberale, petulans, flagitiosum, obscenum; O I, 104.
voluptas: quod (bonum) ... obscena voluptate capiatur; F II, 7. multa sunt audienda etiam de obscenis voluptatibus; F II, 68. obscenas voluptates ... in medio sitas esse dicunt; T V, 94. quod (bonum) sit seiunctum a delicatis et obscenis voluptatibus; N I, 111.

obscuratio, Verdunkelung, Verfinſterung: I. apparent: licebit ... quaerere ... de istis ipsis obscurationibus, quae propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant; F IV, 32.
consequitur: in quibus propter eorum exiguitatem obscuratio consequitur; F IV, 29.
II, 1. facio: quibus .. in rebus tanta obscuratio non fit; F IV, 30.
2. quaero de: ſ. I. apparent.
III. Umſtand: in interitu Romuli, † qui ‖ qui in ‖ obscuratione solis est factus ‖ † factus, raptus ‖; fr V, 54.

obscure, dunkel, undeutlich, unverſtändlich, geheim: admoneo: quam .. ob causam tam est obscure admonitus, ... potius quam aperte thensaurum quaerere iuberetur? D II, 134.
cerno: aut nihil superum aut obscure admodum cernimus; A fr 10.
dico: hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius; A II, 123. Pacuvianus Amphio »quadrupes tardigrada« ... cum dixisset obscurius, tum Attici respondent: »non intellegimus, nisi si aperte dixeris«; D II, 133.
dissero: quam argute, quam obscure etiam contra Stoicos (nobis erit) disserendum! A I, 7.
expono: breviter sane minimeque obscure exposita est .. a te ... ratio; A I, 43.
fero: mendicitatem tuam numquam obscure tulisti; P 45.
memoro: Heraclitus, „cognomento qui σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit;“ F II, 15.
sum: duo ... fratres ... auctores legum fuisse, alterum ... palam, alterum ... obscurius; A II, 13.

obscuritas, Dunkelheit, Unverſtändlichkeit, Unklarheit, Unberühmtheit: I. est: etsi ... ea .. est et in ipsis rebus obscuritas et in iudiciis nostris infirmitas, ut ..; A II, 7. in his (rebus) est .. aliqua obscuritas; T I, 78.
facit: cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intellegatur oratio; F II, 15.
inest: inest in rebus ipsis obscuritas; F IV, 2.
pertinent: quo pertinent obscuritates et aenigmata somniorum? D II, 132.
II. contexo cum: (Plato) leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae ... contexuit; R I, 16.
dissero de: de obscuritate naturae (disseramus); A II, 147.
III. latebra: adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur; D II, 111.
IV, 1. instituere: certamen instituit non pertinacia, ... sed earum rerum obscuritate; A I, 44.
involvi: latet (causa) fortasse obscuritate involuta naturae; D I, 35.
occultari: quae naturae obscuritate occultantur; F V, 51.
2. pro: modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate; T IV, 33.
propter: quod efficiat multa improvisa et necopinata nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum; A I, 29. quorum ‖ quarum ‖ .. prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur; O II, 45.

obscuro, verdunkeln, verbergen, vergeſſen machen: alqd: obscurari quaedam nec apparere, quia valde parva sint; F IV, 29. quid obscuretur aut intereat; F IV, 31. obscurentur etiam haec ... in vita beata; F IV, 31. omnia ista necesse est obscurari nec apparere; F V, 90. quam (potentiam) etiamsi neglecta amicitia consecuti sint ‖ sunt ‖, obscuratum iri arbitrantur; Lae 63. ſ. consuetudinem.
aestimationem: ista rerum corporearum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur et obruatur ... necesse est; F III, 45.
bona: ut ab his (bonis animi) corporis et externa obscurentur; T V, 119.
consuetudinem: quae ducuntur ... ab omni consuetudine, quam obscurari ‖ quae obscurare ‖ volunt; A II, 42.
genera: ut obscurentur etiam maioribus minora ‖ minora maioribus ‖ (actionum genera); F V, 58.
lumen: ſ. **lumen,** II, 1. obscuro (3 St.) S. 484, b.
lunam: quae (umbra terrae) est meta noctis, ut eam (lunam) obscurari necesse sit; D II, 17.
nummum: nummus in Croesi divitiis obscuratur; F IV, 31.
radios: (luna) subiecta atque opposita soli radios eius et lumen obscurat; N II, 103.
regiones: quantae (tenebrae) quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur; N II, 96.
sidera: quia (Sol), cum est exortus, obscuratis omnibus (sideribus) solus apparet; N II, 68.
solem: cum obscurato sole tenebrae factae essent repente; R I, 25. cum subito sole obscurato (Romulus) non conparuisset; R II, 17.

speciem: tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret; O III, 47.

splendorem: obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis; F V, 22.

voluptatem: quae minimae sint voluptates, eas obscurari saepe et obrui; F IV, 29. una voluptas e multis obscuratur in illa vita voluptaria; F IV, 31.

obscurus, dunkel, unverſtändlich, undeutlich, unklar, unbekannt, unberühmt, verſteckt: A. bei Subſtantiven: alqs: interrogati, dives pauper, clarus obscurus sit; A II, 92. Amphiaraus et Tiresias non humiles et obscuri, ... sed clari et praestantes viri; D I, 88. ille .. nimis etiam obscurus Euphorion; at non Homerus; D II, 133 (132). valde Heraclitus obscurus, minime Democritus; D II, 133.

alqd: si ... obscuriora sunt, quae videntur; A II, 53. si, quia obscura, concedo; A II, 94. etsi habet haec Stoicorum ratio difficilius quiddam et obscurius; F III, 15. ista exposuisti, ... ut tam obscura, dilucide; F IV, 1. obscura .. quaedam esse confiteor; F IV, 2. requires, si quid fuerit obscurius; T IV, 10. obscurum deo nihil potest esse; N III, 38. litterae neque expressae neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum; O I, 133.

cogitatio: mihi ... multo difficilior occurrit cogitatio, multo obscurior; T I, 51.

commendatio: prima illa commendatio ... incerta et obscura est; F V, 41.

dictum, factum: nullum obscurum potest nec dictum eius esse nec factum; O II, 44.

historia: obscura est historia Romana; R II, 33.

insigne: quo (insigni veri) obscuro et oppresso; A II, 36.

intellegentiae: rerum plurimarum obscuras nec satis * intellegentias inchoavit ‖ enudavit, al. ‖; L I, 26.

maiores: qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus; O I, 116.

natura: ut intellegeretis, quam esset obscura (natura deorum); N III, 93. vis et natura quaedam significans aliquid per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior; D I, 15.

nomen: quasi in familiam patriciam venerit, (Fibrenus) amittit nomen obscurius; L II, 6. sibi habeant sapientiae nomen et invidiosum et obscurum; Lae 18.

oracula: quod erant multa (oracla) obscura, multa ambigua; D I, 116. oraculis ... volumen inplevit ... partim flexiloquis et obscuris, ... partim ambiguis; D II, 115.

ostenta: quae (ostenta) si signa deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? D II, 55.

poëta, physicus: poëta nemo, nemo physicus obscurus? D II, 132.

quaestio: quae (ἀξιώματα) ... quam vim habeant, obscura quaestio est; Fa 1.

ratio: quid, si etiam ratio exstat artificiosae praesensionis facilis, divinae autem paulo obscurior? D I, 109.

res: quid eum facturum putem de abditis rebus et obscuris? A II, 30. nec (Epicurus) de re obscura ... aut artificiosa, ... sed de illustri ... loquitur; F II, 15. rem videlicet difficilem et obscuram! F II, 75. in rebus minime obscuris non multus est apud eos disserendi labor; F III, 40. si ulla alia de re obscura adfirmare possem; T I, 60. de re obscura atque difficili a te dictum esse dilucide; N I, 58. quia, quanto diutius considero, .. tanto mihi res videtur obscurior; N I, 60. de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem censeo referundum; D I, 122. quod quidam nimis magnum studium ... in res obscuras atque difficiles conferunt; O I, 19.

sensus: sensus .. non obscuros dicit, sed tenebricosos; A II, 73.

servitus: ubi ne obscura quidem est aut dubia servitus; R I, 47.

signa: ſ. ostenta.

somnia: multa (somnia) falsa. immo obscura fortasse nobis; D I, 60. obscura somnia minime consentanea maiestati deorum; D II, 135.

species: antecedit »obscura specie stellarum Cassiepia«; N II, 111.

stella: si obscurior *et* quasi caliginosa stella extiterit; D I, 130.

visa: fuit .. divina beneficentia ‖ beneficentia ‖ dignius ... clariora visa dare vigilanti quam obscuriora per somnum; D II, 126. deosne ... obicere iis (mortalibus) visa quaedam tortuosa et obscura; D II, 129.

umbra: »unde animae excitantur obscura umbra opertae«; T I, 37.

B. alleiu: a. genus: non iusti, non viri boni (hoc genus est), versuti potius, obscuri, astuti, fallacis; O III, 57.

b, I, 1. adsequor: quibus (ratione, intellegentia) utimur ad eam rem, ut apertis obscura adsequamur; N III, 38.

dico: dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Graecis; T IV, 10.

2. progredior ad: negas te usque ad obscura progredi; A II, 94.

II. in: etiam a certis et inlustrioribus cohibes adsensum; hoc idem me in obscuris facere non sinis; A II, 94.

obsecro, anflehen, beſchwören: I. alqs: obsecro, .. Torquate, haec dicit Epicurus? F II, 21.

II. Imperativ: »iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!« T II, 21.

III. alqm: obsecro te, terrane tibi ... sata ... videtur tanta vis memoriae? T I, 60. »exclusit, revocat; redeam? non, si me obsecret«; N III, 72. sed, obsecro te, ita venusta habeantur ista .., ut ..; P 38. »ut se edoceret, obsecrans Apollinem, quo sese vertant tantae sortes somnium«; D I, 42.

fidem: »pro deum, popularium omnium, *omnium* adulescentium clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque inploro fidem«; N I, 13.

patrem: (filius) obsecrabit patrem, ne id faciat; O III, 90.

obsequium, Nachgiebigkeit: I. indulget, al.: obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit; Lae 89.

parit: quod in Andria familiaris meus dicit: »obsequium amicos, veritas odium parit«; Lae 89.

II. adsum in: in obsequio ... comitas adsit; Lae 89.

discedo a: quom animus ... a ‖ ab ‖ corporis obsequio indulgentiaque discesserit; L I, 60.

III. impelli: qui ... in fraudem obsequio inpellitur; Lae 89.

obsequor, willfahren, nachgeben, folgen: I. alqs: »me obstare, illos obsequi?« D I, 66.

II. alicui: ne, dum huic obsequor, vobis molestus sim; F V, 8. quibus obsequi nollent; Lae 35.

amico: obsecuti amico cuipiam ‖ cuidam ‖; A II, 8.

auspiciis: auspiciis plurimum obsecutus est Romulus; R II, 16.

cupiditati: cum huic (cupiditati) obsecutus sis ‖ es ‖, illi est repugnandum; T V, 60.

legibus: »dum sanctis patriae legibus obsequimur;« T I, 101.

naturae: tunc obsequatur (*homo*) naturae, cum sine magistro senserit, quid natura desideret; fr V, 82.

studiis: tuis .. optumis studiis obsequemur; T II, 67.

voluntati: obsequar .. voluntati tuae; F II, 17.

obsero, beſäen: frugibus (terra) obserebatur; L II, 68.

observatio, Beobachtung: 1. agnoscit: quae si a natura profecta observatio atque usus agnovit; D I, 131.

est: persuaderi .. cuiquam potest ea, quae significari dicuntur extis, cognita esse ab haruspicibus observatione diuturna? quam diuturna ista fuit? D II, 28. quaedam observatio constans atque diuturna est, cum quid visum secundum quietem sit, quid evenire et quid sequi soleat; D II, 124. [adeo summa erat observatio in bello movendo]; O I, 36.

facit: observatio diuturna ... notandis rebus fecit artem; D II, 146.

valet: valet .. in fulguribus observatio diuturna; D II, 42.

II, 1. facio: »astrologorum signa in caelo quid fit ‖ sit ‖ observationis ‖ quaesit, observat Iovis ‖, cum ..!« R I, 30.

2. consto ex: artificiosum (genus divinandi) constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; D II, 26.

sum in: sin autem nihil esse in observatione putant; D I, 113.

III. alqd: ſ. II, 1.

IV. adferre: adfert .. vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam; D I, 109.

cognosci: ſ. I. est; D II, 28.

dicere: non .. sumus ii nos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus; D II, 70.

discere: est .. ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur, veteres observatione didicerunt; D I, 34.

efficere: Chaldaei ... diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset ..; D I, 2.

inveniri: si .. neque deus est effector somniorum neque naturae ‖ est ‖ societas ulla cum somniis neque observatione inveniri potuit scientia; D II, 147.

notari: quae .. extis, quae fulgoribus, quae portentis, quae astris praesentiuntur, haec notata sunt observatione diuturna; D I, 109. ita fit, ut .. observatione notari possit, quae res ... consequatur; D I, 126.

sustentari: valetudo sustentatur notitia sui corporis et observatione, quae res ..; O II, 86.

observito, beachten, beobachten: motus, traiectiones: principio Assyrii ... traiectiones motusque stellarum observitaverunt; D I, 2.

voces: neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omina; D I, 102.

observo, beobachten, lauern, darauf achten, halten, ehren, verehren: I, 1. notare: quibus cursus rerum observando notatus est; D I, 127. quo modo .. haec infinita et semper nova ... observando notare possumus? D II, 146.

2, a. unperſönlich: quam longinquo tempore observari potuit? D II, 28.

b. araneolae: ut in araneolis aliae quasi rete texunt, ... aliae autem ex inopinato observant; N II, 123.

externi: quod (externi) aliis avibus utuntur, aliis signis, aliter observant, alia respondent; D II, 83.

II, 1. indir. Frage: ſ. III. nutum; T IV, 67.

2. ne: nec (videtur vera amicitia) observare restricte ‖ stricte ‖, ne plus reddat quam acceperit; Lae 58.

3. ut: quod idem in dilectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine; D I, 102. quom ... observetur .., ut casta corpora adhibeantur; L II, 24.

III. alqm: ut ... domi vicissim Laelium ... observaret in parentis loco Scipio; R I, 18. eos ... sic ut aliquo honore aut imperio affectos observare et colere debemus; O I, 149. qui simulatione amicitiae coluntur et observantur temporis causa; Lae 26.

alqd: est .. tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo; F II, 74. observata sunt haec tempore inmenso; D I, 12. haec observari certe non potuerunt; D II, 33. quid est .., quod observatum sit in fulgure? D II, 42. quid (Iuppiter proficit), cum in earum gentium oras (fulmen iecit), in quibus haec ne observantur quidem? D II, 45. Nattae .. statua aut aera legum de caelo tacta quid habent observatum ac vetustum? D II, 47. quando .. ista observans quieto et libero animo esse poteris? D II, 83. quae .. observanda essent, multa constituit; R II, 27. ut ... cetera sic observentur, ut ..; O I, 51. quae et apud nos et in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur; C 63. ſ. II, 3. D I, 102.

abruptionem: quae si suscipiamus, pedis offensio nobis et abruptio corrigiae et sternumenta erunt observanda; D II, 84.

facta, litteras: nec ii (*νομοφύλακες*) solum litteras, ... sed etiam facta hominum observabant; L III, 46.

leges: intellego te .. alias in historia leges observandas putare, alias in poëmate; L I, 5. quibus (legibus latrones) pareant, quas observent; O II, 40.

nutum: »lena delenita argento nutum observabit meum, quid velim, quid studeam«; T IV, 67. hereditatis spes ... quem nutum locupletis orbi senis non observat? P 89.

offensionem: ſ. abruptionem.

res: si causae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae observari animadvertique potuerunt; D II, 47.

significationes: observatis longo tempore significationibus; D I, 12.

signa: observatis ac notatis signis; D I, 34. »astrologorum signa in caelo quid fit ‖ sit ‖ observationis ‖ quaesit, observat Iovis ‖, cum ..!« R I, 30.

somnia: somnia observari possunt? D II, 146.

sternumenta: ſ. abruptionem.

tempus: ut ... inimicitia (sit) ira ulciscendi tempus observans; T IV, 21.

versus: Sibyllae versus observamus; D II, 110.

obsideo, bewohnen, beſetzt halten, belagern: alqm: qui ab hoste obsidentur; O II, 56.

locum: corporibus .. omnis obsidetur locus; N I, 65. occupatis et obsessis urbis locis; L III, 19.

umbilicum: »o sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obsides«; D II, 115.

obsidio, Einſchließung: (P. Decius) incolumis exercitum obsidione liberavit; D I, 51.

obsigno, verſiegeln: alqd, matronam, naturam: parere quaedam matrona cupiens dubitans, essetne praegnans || praegnas ||, visa est in quiete obsignatam habere naturam. rettulit. negavit (coniector) eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. at alter praegnantem || praegnatem || esse dixit; nam inane obsignari nihil solere; D II, 145.

tabellas: tabellis obsignatis agis mecum; T V, 33.

obsisto, entgegenſtellen, ſich entgegenſtellen, widerſetzen, Widerſtand leiſten: I, 1. unperſönlich: causam ... ita popularem, ut non posset obsisti; L III, 26. obsistitur, quom agitur severe; L III, 34.

2. alqs: quodsi in omnibus his rebus obsistis; N I, 98.

causa: nisi quae causa gravior obstitisset; D II, 4.

vis: nisi quae vis obstitit; N II, 35.

II. quo minus: ſ. III. naturae; N II, 35.

III. alicui: (Pisistrato) quaerenti, qua .. re fretus (Solon) sibi tam audaciter obsisteret; C 72.

blanditiis: quoniam eius (voluptatis) blanditiis non facile obsistimus; C 44.

dolori: intelleges, quam sit obsistendum dolori; T II, 28. ut tamquam hosti sic obsistat dolori; T II, 51.

fato: qui (Epicurus) aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ..; Fa 48.

fortunae: qua (magnitudine animi) facile posset repugnari obsistique fortunae; F IV, 17.

hosti: ſ. dolori; T II, 51.

iniuriae: qui .. non defendit nec obsistit, si potest, iniuriae; O I, 23.

naturae: cui (naturae) obsisti non potest; F II, 49. naturae obsisti nullo modo posse; T III, 71. ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere; N II, 35.

odiis: multorum .. odiis nullas opes posse obsistere; O II, 23.

opinionibus: etsi maximam actionem puto ... obsistere opinionibus; A II, 108.

populo: quom aliquid ... obtineri, id est obsisti posse populo, negatur; L III, 34.

soli: »Nonis Iunis soli luna obstitit et nox«; R I, 25.

studiis: studiis .. generorum ... difficile est ... obsistere; Lae 26.

visis: summum munus esse sapientis obsistere visis; F III, 31.

vitiis: quibus (vitiis) alii non facile possunt obsistere; O II, 37.

IV. alqd: »idem .. (haruspices) fulgora || fulgura || atque obstita pianto«; L II, 21.

obsolesco, obsoletus, veralten, vergehen: alqd: haec, ... ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo; A I, 11. neque ego haec nunc sine causa tam vetera vobis et tam obsoleta decanto; R II, 55.

mores: quos (antiquos mores) ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed iam ignorentur; R V, 2.

philosophi: quibus (Cyrenaicis philosophis) obsoletis; O III, 116.

obsono, Speiſe einkaufen: Socraten || Socratem || ferunt ... respondisse se, quo melius cenaret, obsonare ambulando famem; T V, 97.

obstipesco, ſtaunen: alqs: »quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi?« D II, 64.

bubulcus: eius (Tagetis) adspectu cum obstipuisset bubulcus; D II, 50.

obstipus, ſeitwärts geneigt: »obstipum caput at || a, ac || tereti cervice reflexum obtutum in cauda maioris figere dicas«; N II, 107.

obsto, im Wege ſtehen, hinderlich ſein: I. alqs: »me obstare, illos obsequi?« D I, 66. sustulit (Gyges), quos obstare arbitrabatur; O III, 38.

alqd: si ... omnia removentur, quae obstant et impediunt; A II, 19. neque quicquam interiectum est, quod obstet, sed ..; A II, 80. sequitur, ut nihil paeniteat, nihil desit, nihil obstet; T V, 53. non modo in homine, sed etiam in arbore, quicquid supervacaneum sit aut usum non habeat, obstare; N I, 99.

II. quo minus: quid .. obstat, quo minus (deus) sit beatus, si non sit bipes? N I, 95.

obstringo, feſſeln, verpflichten, verſtricken: alqm: qui se eo (parricidio) obstrinxerit; O III, 88.

homines: haec .. opera grata multis et ad beneficiis obstringendos homines accommodata; O II, 65.

obstruo, verſchließen, verſtopfen, verſperren: cognitionem: etsi .. omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus; A II, 7.

iter: qui (Scipiones) iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt; C 75.

partes: obstructas eas partes et obturatas esse; Fa 10.

obstupefacio, betäuben: illa .. (pars animi), in qua feritas quaedam sit, ... cum sit inmoderato obstupefacta | extumefacta, al. || potu atque pastu; D I, 60.

obstupesco ſ. **obstipesco.**

obsum, hinderlich ſein, ſchaden: alqs: multi .. et, cum obesse vellent, profuerunt et, cum prodesse, obfuerunt; N III, 70. »men obesse, illos prodesse?« D I, 66.

alqd: cum appetitus ille animi aliquid ad se trahere coeperit consulto, quod sibi obsit; F V, 28. qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi; O I, 42.

auctoritas: an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem videtur vel plurimum; A II, 60. obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur; N I, 10.

benignitas: ne obsit benignitas et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris; O I, 42.

contagio: »ne contagio mea bonis umbrave obsit«; T III, 26.

genus: genus hoc voluptatum optabile esse, si non obsit, prodesse numquam; T V, 94.

homines: homines hominibus obesse plurimum; O II, 12. quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint; O II, 17.

invidia: ut ... neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda obsit invidia; O II, 85.

laniatus: quid .. mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? T I, 104.

principes: neque solum (vitiosi principes) obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt; L III, 32.

res: quae (res) noceant et obsint; O II, 12. ut ea res aut prosit aut certe ne obsit rei publicae; O II, 72. quae res aut prodesse soleant aut obesse; O II, 86.

sententia: ista sententia ... obest saepissime rei publicae; L III, 34.

umbra: ſ. contagio.

obsurdesco, taub werden: alqs: obsur-

descimus nescio quo modo nec ea, quae ab ea (natura) monemur, audimus; Lae 88.

aures: hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt; R VI, 19.

obtego, bedecken: quem ad modum os resectum || reiectum, al. || terra obtegatur; L II, 55.

obtemperatio, Gehorſam: quodsi iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum; L I, 42.

obtempero (opt.), willfahren, nachkommen, gehorchen: I, 1. modus: neque solum his || iis || (magistratibus) praescribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus; L III, 5.

2, a. unperſönlich: in quo si mihi esset optemperatum; O I, 35.

b. alqs: ut peccatum haereat non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit; D I, 30. »olli .. optemperanto«; L II, 21.

appetitus: ita fit, ut ratio praesit, adpetitus obtemperet; O I, 101.

II. alicui: ſ. philosopho.

auspiciis: cum auspiciis obtemperatum esset; D II, 20. etiamsi (Flaminius) obtemperasset auspiciis; D II, 21.

iussis: hominum vita iussis supremae legis obtemperat; L III, 3.

legi: fortitudo est .. adfectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans; T IV, 53.

magistratibus: ut obtemperent oboediantque magistratibus; L III, 5.

philosopho: qui (philosophus) optemperet ipse sibi et decretis suis pareat; T II, 11.

praeceptis: quam (virtutem) alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiae praeceptis; T IV, 30.

rationi: gestire, laetari, haec omnia „morbos" Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantis; T III, 7. quae est inmoderata adpetitio opinati magni boni rationi non ohtemperans; T III, 24. (stulti) animos .. demittunt et contrahunt rationi non obtemperantes; T IV, 14. ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios rationi non optemperantes; O I, 136. praestantissimum est appetitum optemperare rationi; O I, 141.

significationibus: Cilices et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant; D I, 92.

obtero (opt.), zermalmen, vernichten: alqd: omnia .., quae dura, difficilia, adversa videantur, ea virtutibus iis ... obteri posse; F IV, 59.

artem: cum Achivi coepissent »inter se || sese || strepere aperteque artem obterere extispicum«; D I, 29.

aurigam: ut auriga indoctus e curru trahitur, opteritur, laniatur, eliditur; R II, 68.

obtineo (opt.), einnehmen, inne haben, feſthalten, behaupten: I. acc. c. inf.: si (Chrysippus) non obtinuerit omne, quod emuntietur, aut verum esse aut falsum; Fa 21. ſ. II. alqd; F II, 107. III, 11.

II. alqd: qui (homo impotens) nec facile efficere possit, quod conetur, nec obtinere, si effecerit; F I, 52. non metuet .., sive celare poterit || potuerit ||, sive opibus magnis, quicquid fecerit, obtinere; F II, 71. illud .. ipsum qui obtineri potest, quod dicitis, ... voluptates ... pertinere? F II, 107. nisi hoc obtineatur, id solum bonum esse, quod ..; F III, 11. si istud obtinueris; F IV, 2. omne officium referent ... ad prima illa secundum naturam obtinenda; F V, 19. si minus id obtinebis; T I, 26. hi quid possint obtinere, videamus; T V, 85. obtineri *ne ea non* possint || possunt, al. ||, videndum est; L III, 33. quom aliquid ... obtineri, id est obsisti posse populo, negatur; L III, 34. quid hoc populo obtineri possit; L III, 37. etiamsi id possis nullo refellente optinere; O III, 77.

causam: quas (causas) interdum obtines; F IV, 1. causam non obtinens repugnante natura; F IV, 56.

definitionem: quam (definitionem) nisi obtinemus; A II, 18.

imperium: ut quisquam inveterata potestate aut ad deponendum imperium tardior esset aut ad optinendum munitior; R II, 23.

instar: terram ... ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere; T I, 40.

legem: quae (lex) in Graecorum conviviis obtinetur; T V, 118.

locum: ſ. **locus,** II, 1. obtineo (6 Ct.) S. 473, a.

nomen: ſ. **nomen,** II, 1. obtineo (3 Ct.) S. 717, b.

numerum: etiam Lucifer ceteraeque errantes numerum deorum obtinebunt; igitur etiam inerrantes; N III, 51. eius (Ti. Gracchi) filii ... mortui numerum optinent iure caesorum; O II, 43.

partem: an dubium est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, ut reliquas obruat? F V, 91.

potentiam: quod .. erat ad optinendam || [optinendam] || potentiam nobilium vel maximum; R II, 56.

rationem: quam (rationem) si obtinemus; D I, 117.

regionem: mediam fere regionem sol obtinet; R VI, 17.

regnum: quod (regnum) a Tantalo et Pelope proditum iure optinebatur; O III, 84.

sapientiam: quanta .. instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam; L I, 59.

sententiam: quod (Stoici) se posse putant duas contrarias sententias obtinere; F IV, 78. quam (sententiam) vis obtineri; T I, 26.

testamentum: quod (testamentum) quo facilius optinerent; O III, 73.

vim: eam .. (naturalem legem) vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria; N I, 36.

umerum: »Capra laevum umerum clara obtinet«; N II, 110.

obtingo, begegnen, widerfahren, zu teil werden: I. ut: cum ei (L. Paulo) bellum ut cum rege Perse gereret obtigisset; D I, 103.

II. alqd: ex quo ... quod cuique obtigit, id quisque teneat; O I, 21.

hostia: quid est tam perspicuum quam ... talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia? at enim id ipsum habet aliquid divini, quae cuique hostia obtingat; D II, 38.

obtorpesco, erſtarren, gefühllos werden: »iam subactus miseriis obtorpui«; T III, 67.

obtrectatio, Verkleinerung, Mißgunſt: I. est: obtrectatio .. est, ea quam intellegi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit; T IV, 17 (18).

II. subicio: ut aegritudini (subiciuntur) ... aemulatio, obtrectatio, misericordia; T IV, 16.

obtrectator, Widerſacher: obtrectatores .. et invidi Scipionis ... tenent nihilo minus illis mortuis senatus alteram partem; R I, 31.

obtrecto, verkleinern, Abbruch thun: I, 1, a. est: et invidere aegritudinis est et aemulari et obtrectare; T III, 83. ipsum illud aemulari, obtrectare non esse inutile; T IV, 46. aemulari utile est, obtrectare, misereri; T IV, 56.

b. causa: Arcesilan .. non obtrectandi causa cum Zenone pugnavisse, sed ..; A II, 76.

2. alqs: cum sit ... obtrectantis .. angi alieno bono, quod id etiam alius habeat; T IV, 56.

II. alicui: Arcesilas Zenoni, ut putatur, obtrectans; A II, 16. obtrectare .. alteri ... quid habet utilitatis? T IV, 56.

obtrunco, töten: »puerum interea obtruncat«; N III, 67.

obtundo (opt.), abſtumpfen, ſchwächen: alqm: mihi .. non modo ad sapientiam caeci videmur, sed ad ea ipsa, quae ... cerni videantur, hebetes et obtusi; A fr 18.

alqd: quo quid dici potuit obtusius? N I, 70.

aciem: nonne .. videtur ... ille (animus) .., cuius ‖ cui ‖ obtusior sit acies, non videre ..? C 83.

aegritudinem: nihil est .., quod tam obtundat elevetque aegritudinem quam ... cogitatio ..; T III, 84.

mentem: multa .. e corpore existunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant; T I, 80.

Lücke: qui † numero ‖ numeros ‖ optumatum et principum optulit ‖ optudit ‖ is vocibus; R VI, 2.

obturo, verſtopfen: obstructas eas partes et obturatas esse; Fa 10.

obtutus (opt.), Blick: I. est: cum idem obtutus esset amborum (oculorum); N III, 9.

II, 1. effugio: animus .. oculorum effugit optutum; Ti 27.

figo: »obstipum caput ... obtutum in cauda maioris figere dicas«; N II, 107.

2. iudico ex: ex oculorum optutu, superciliorum aut remissione aut contractione ... facile iudicabimus, quid eorum apte fiat; O I, 146.

III. adservare: »haec (dextra) interemit ... draconem auriferam obtutu adservantem arborem? ‖ ; ‖ T II, 22.

videri: quodam obtutu oculorum duo pro uno (videntur) lucernae lumina; D II, 120.

obvenio, widerfahren, ſich zutragen: auspicium: ne iuges ‖ iuge, al. ‖ auspicium obveniat; D II, 77.

necessitas: sin quae necessitas huius muneris alicui rei publicae obvenerit; O II, 74.

obversor, vorſchweben: obversentur species honestae verae ‖ vero, viro, al. ‖ ; T II, 52.

obverto, hinwenden: »hicine est ille Telamon, ... quem aspectabant, cuius ob os Graii ora obvertebant sua?« T III, 39.

obviam ſ. **ob**, I (3 St.) S. 782, a.

obvius, entgegen: non dubitaverim me gravissimis tempestatibus ac paene fulminibus ipsis obvium ferre conservandorum civium causa; R I, 7.

obvolvo, verhüllen: »adest fax obvoluta sanguine atque incendio«! D I, 67.

occaeco, blenden, verfinſtern, bedecken: I. nigror: »tenebrae conduplicantur noctisque et nimbum occaecat nigror«; D I, 24.

II. alqm: qui ..., quos dolores et quas molestias excepturi sint, occaecati cupiditate non provident; F I, 33.

semen: primum id (semen terra) occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est; C 51.

occasio, günſtiger Zeitpunkt, Gelegenheit: appello: tempus .. actionis oportuna Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occasio; O I, 142.

omitto, al.: teneo, quam optabam, occasionem neque omittam; L I, 5.

occasus, Untergang, Weſten, Ende: I. est: qui exortus quoque die signi alicuius aut qui occasus futurus sit; D II, 17. iucundum nobis perfunctis muneribus humanis occasum neque molestam exstinctionem et quasi quietem vitae fore; fr V, 97.

II, 1. cerno: cum ... cernerent ... eorum .. (astrorum) omnium ortus et occasus; N II, 95.

facio: necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnis; D II, 92.

2. commeo ad: quorum (siderum) alterum (genus) spatiis inmutabilibus ab ortu ad occasum commeans; N II, 49.

III. post: a Graecis .. (ea) peti non poterant ac post L. Aelii nostri occasum ne a Latinis quidem; A I, 8.

occatio, Eggen: ſ. **occaeco**, II. semen.

occento, ein Spottlied ſingen: si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri; R IV, 12.

occidens, Weſten: ad: qui (homines) has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt; N II, 164. quem (Saturnum) volgo maxime colunt ad occidentem; N III, 44.

